

PAVLI REGINETÆ LIBER TERS
tus, Ioanne Guinterio Andernaco
medico interprete.

DE PILORVM AFFECTIBVS.

DE AREIS, ET CALVIA
Cap. I.



VEMADMODVM STIRPium nonnullæ humoris defectu
inarescentes contabescunt: aliquæ
uero alienis contrariisq; humoris
bus infectæ emarcent, haud disfir
mli ratione id ipsum quoque pilis
usu tenuit. Etenim Caluitum: humi
di penuria fieri consuevit: prautitate
autem uitioq; succi, Areæ, nempe Alopecia, & Ophiasis
sola inter se figura differenterat. Quoniam hæc, partem
oblæsam, serpentis modo glabram, ostendit: illa, quod
vulpes continue infestet, sic appellata est. Itaq; coniectu
ram de humore, qui superat, ex cutis colore fumentes,
vacuationem medicamento purgante prius molierunt
deinde loco uitato auxilia inducemus. Si igitur corporis
color nigror, albidiorve solito existat, antidoto hie
ra quod pituitæ educendæ, humorisq; melancholico est
utemur. Si pallidior, catapotia ex aloë exhibebimus:
quorum descriptionem in libro de medicamentis com
positis inuenies. Vbi corpus iam totum inanieris, medi
camenti quod pituitam per eos extrahit, apophlegma/
tismon Graeci uocant, uetus erit, ex aceto, sinapi, &c melle:
isq; non semel, uerum crebrior. Satis autem fuerit, si e
tiam in aceto origanum, uel pulegium, uel thymus, uel
hyssopum commaduerit. Cæterum in aliis quoque cas
pitibus affectibus eadem utemur curandi ratione: primum
humorem, qui præpollet euacuantes, uel alui deiectio-

ne, uel etiam sanguinis emisione, si eius subest copia, de
in ad presidia que parti extrinsecus iniiciuntur, transgres-
di conuenit.

DE A L O P E C I A .

5 Cutis nitro intricata, linteoq; aspero, lanave potius de-
terfa, adeo ut ruborem contraxerit, uerbenaca ex aceto
detrita, in sole illinitur. Aut alcyonio primita asperitatis
combusto, reductoq; in puluerem cum oleo ex lucer-
na inungitur. Aut calaminis radix, seu amygdalæ amaræ

10 cortex torridus, oleo, uel adipe ursina exceptus induci-
tur. Hæc itaq; sunt mitiora medicamina, uerum ex eis
phorbia, thapsia, & adarce, oleo soluta laurino, uel pi-
ce liquida, uehementiore uim repræsentant. A L I V D.

15 Erinaceorum marinorum testa ignem experta cum adi-
pe ursino excepta, cuti prius nitro extersæ illinitur. A
L I V D. Piperis, stercoris ouilli fisci, erysimi, æruca se-
minis, singulorum drachmæ quatuor, ueratri albi drach-
mæ tres, murium stercoris drachma. Excepta felle tau-
rino, aut hircino, aut suillo delinuntur. A L I V D E X

20 P E R T V M A D A L O P E C I A M . Man-
dragoræ radicis, mali terræ, ari radices, ceræ, picis liqui-
dæ, singulorum congii octo, axungiae porcina insulsa,
nerii herbae medullæ modicum. Axungia cum Neriò
incoquitur, donec eliquescat: deinde exemptam herbæ

In manu-
scripto
exempla
ri non ha-
betur.

25 proposito: & reliqua axungia aduingtono, incoquitoq;. mox ceram, & picem liquidam. Vtior in sole audacius.
Vbi iam ulcera ad cicatricem uenerint, caput vulpecu-
la urito, & alcyonium, anchusa q; nigra folia omnia co-
trita super inunctioni inducito, ut caput pilis contegatur.

30 A L I V D. Canini capitisi combusti pars una, testarum
marinarum tantundem axungiae porcinae modicum,
omnia in fustili coquuntur. Eisdem etiam fiscis utior.

ALIVD EX THAPSIA AD OMN

nies inueteratos affectus.

35 Euphorbii, thapsiae, baccarum lauri, singulorum uncias,
sulfuris ignem non experti semuncia, ueratri tantundem

Galenus
uncias
duas.

PAVLITÆGINETÆ

ceræ unctæ sex laurini, uel tecinini ueteris quod satis est.
¶ Galenus In ualidioribus etiam uti uincit cardamomi uncia, ali-
cardami. cyonii combusti uncia: iis; non solum ad Alopecias,
uerumetiam ad omnem diuturnam perfrictionem. Cæ-
terum in Alopecias primum omnino cutis nitro est ab-
stergenda inficandaq; & frequenter pili nouacula radé-
di. Si quidem plerosq; noui ex sola inficatione frequen-
tij rasura pilos recuperasse.

QVOMODO CALVITIVM

abicitur & pili crescant, ex Crito-
nis conimentationibus.

¶ Galenus Leporum ventriculit quinq; arefacti diligenter olla fi-
sex. etili friguntur. His myrti comæ tres unciae addiciuntur,
¶ Galenus acacia fructus, acacia succi, rubi canini, adianti singulo/
semuncia rum tantundem. Hæc omnia accurate resicata in pollī
¶ Galenus nem coguntur, & subtili cribro incernuntur: deinde adi-
libra una pīs ursini & phœc utriusq; libris quatuor admisisit de-
novo tunduntur. Excepta pyxide plumbea reseruantur.
Cum usus postulat, cuiuslibet unguenti liqueore dis-
fluuntur.

QVÆ PILOS CONSERVENT.

Polytrichi herbæ pars una, ladani partes duas, uino myr-
teoq; oleo exceptæ in usum adhibentur. ALIVD. Ane-
monæ flos tritus cum oleo intungitur: idem uero & nis-
grefacit. ALIVD. Verbenacam rectam unā cum rasi
dicibus torrefactam, tubamq; tenui cribro incernito, o-
leum quoad sordium habeat spissitudinem admiscens.
Confectum medicamen æreo vase reponito, ubi opus
fuerit, cum oleo similiter uitior.

A QVA PILOS AVGENS,

eodemq; denigrans.

Aqua pluialis sextarii sex, rhus Alexadrini sextarii tres
polytrichi pondotrens, brathios tantundem, ladani uns-
cia, myrti uncta, cucurbitæ aridæ tantundem. Sinito ad
dies uiginti uitio eo vase commadescere, bis mouēs quo
tidie rūdicula tedacea. Inde in aquam pilos iungens, uti

LIEBER TERTIVS.

64

tor quotidie. Item semen altheæ in balneo illitum pilos
conservat augetq; pari modo oleum inunctum in quo
semen ipsum altheæ decoctum est, uel liquefactum.

QVÆ MEDICAMENTA

pilos extenuent.

Ficus foliorum uitis agrestis albæ corticis, pumicis, tes-
tarum, buccinorum, terræ cimoliz singulorum minâ.
Omnibus in nouam crudamq; ollam conicitis, lutoq;
oblitis, in fisticl coquito, teritoq;, adiiciens aphronitri mi-
næ semissim, gallas immaturas numero triginta, in pul-
uerem redacta excipito, ac utitor. A L I V D. Aphro-
nitri minæ septem, pumicis testi minæ quatuor, alumini
nis fisti, iridis, siccæ, myrti sylvestris nigrae, gummi, bryos
minæ radicis singulorum drachmæ quatuor, lupinorum
crudorum in polinem detritorum, congit pars quarta:
Vtere absq; pingui.

AD FLVENTES PILOS.

Aloe ex uino nigro austero illinitur, uel purpuræ tegni
na ex oleo cocta, uel myrrha, & ladanum cum uino, myrra
teoq;, uel caprillum stercus in testa leui combustum ex
oleo cuti prius rasæ inungitur.

QVOMODO PILI CRISPI

fiant, & tinturis inficiantur, ex Cleopat-
ra libris, quos de capillis crispis
facundis prodidit. Ca. II

C Aperte prius deterso, spondylii radix cum me-
ro pilis inungitur. A L I V D. Nucleus pineus
recens ad pollinem usq; comburitur, in ectsque
30 pilæ teritur, myrtleum unguentum superinfunditur, do-
nec mellis fiat spissitudo. Atque sic pilii raso ca-
pite purgatoque deliniuntur. A L I V D. Myrti & betæ
pari mensura cū oleo pilii abstergitur utiliter. A L I V C
Galla uiginti numero adianthi unciae duas, aqua marina
35 in mellis crastitem coactæ inducuntur, sed pilo urina
prius deterso, uel lixiuio, & aqua calente abluto, caput

PAVL I AEGINETA

Oblinitur medicamento ad biduum, tertio die ablui desbet, piliq; resiccati myrteo inungi. Id tenuerum crispumq; nigrum efficit capillum. At si prius caput nouacula rase sis, crispior evadet.

QVÆ CANOS ARGENT,

& eosdem denigrant.

Olei, quod immaturæ oliuæ fuderunt sextarii tres, spicē nardi drachma, unguis odorati drachmæ quatuor, unci floris tantudem: incoquuntur cum oleo. seorsim habebitur acaciae succi uncia una, vino soluta levigataq; diligenter. Vbi' uero tertia pars olei fuerit relicta, hanc percolato, & acaciae mixtani in fidelia excipito, acutior quotidie pilos inungens. A L I V D. Nucum uiridium corticis uncias tres, illicis radicis tantudem, vini nigri sextarios tres, ad tertias decoquito, expressoq; succo cum olei myrtei sextario contundes, usus eius est quotidianus.

A Q V A P I L O S DENIGRANS.

Gallæ sextarius unus, thus coriarii sextarii duo, myrti nigrae totidem, cypri foliorum æqualis mensura, cinarae manipulus, papaveris nigri tantudem, aquæ lacustris sextarii duodecim. Omnia multis ante diebus macerata, ad tertias decoquuntur. Deinde illinuntur, absteritis, siccatisq; crinibus. At cimolæ terræ acetabulum cum uiua calce pari mensura inungitur. Hæc autem succo betæ elixæ soluta illinuntur. Deinde betæ folia tegminis gratia superaccommodantur, ac ubi satis adhaeserint, in balneo abluuntur.

V T R V F I C A P I L L I T I N

gantur & flauescant.

Myrrha pars una cum salis floris altera, accurate teritur, ubi sordium facta est crassities, caput prius detersum medicamento inungitur, ac post noctem diemq; unum sic ablui præcipies. A L I V D. Lupinos crudos cum aqua illinito. A L I V D. Argenteæ spuma drachmam teræ creticæ drachmas quatuor, calcis uiuæ drachma.

Aqua

Aqua mellis crassitier faciens inungito, & betæ foliis
adiectis ad duos tresve dies, ita adhaerere sines, deinde
abliues.

VTPILI NIGRI FLAVESCAN T.

Flores uini in balnei sordes mittuntur, & spissitudine ce-
ratifacta sub somnum illinuntur. & mane pili flavescut.
ALIVD. Cyperi folia succo struthii fruticis made-
scunt, Et diluto uteris.

QVÆ CAPILLVM REDo

dunt colore aureum.

Aluminis sandarachæ singulorum drachmæ sex, croci
drachmæ due, thapsi qua tinctories utuntur, Romani uo-
cant herbam robiam, drachmæ octo, cineris lixiui dra-
chmæ quatuor. Cinis cum thapso contusa incoquitur,
ubi dimidia portio relicta fuerit, humorem exprimito
quo alumen sandaracham & crocum diliues. Deinde,
uase uitreο condes. Vbi usus uenerit, pilos prius abster-
fes illinito, postquam uero combiberint, abliues deco-
sto fœnu græci, hordei & cumini, aquæ prius tepidæ
superfusæ quod sufficit, ad hæc saponis quantum sa-
tis est adiicies. ALIVD. Flores uini ultra una
cum oleo balanino, pilis oblinuntur. ALIVD. Sa-
pone gallico cum aqua in singulis balneis pilis abe-
sterguntur.

ALIVD VALDE GENEROSVM.

Rhus rubri sextarius, gallarum libra una S, elydtii uno
cix duæ, herbae autum colore imitantis (quam Roma-
ni robiam uocant) unciae duæ, polytrichi fasciculi duo,
absinthii unus, lupinorum quibus cortex sit detractus
cyathi duo, aquæ sextarii septem. Omnia in uitreum uas
coniecta, dies nouem finito commadescere: quotidie
bis rudicula agitans, cum usus exigit, auferes quod sa-
tis est, & hoc spongiam madefaciens, pilos confricato,
humectosq; combibere finito, ubi siccati fuerint, sapo-
ne calida aqua soluto, abliuntur.

PAV. AEGIN,

I

P A V L I E G I N E T A
Q VÆ P I L O S A L B O S F A
C I V N T.

Verbascl candidus flos combustus aceto mergitur, &
in saponem miscetur. A L I V D. Verbascl fructus,
aluminis, radicularum corticis, singulorum drachma.
Contusa, glutini quod ex tergoribus boum confit dras
mis quatuor temperantur.

D E C A P I T I S A F F E C T I B U

cutem infestantibus, fulfuribus, seu por
tigine, quæ pityriasis dicitur.

Cap. III.

F Vrfures capitis, seu porrigo, quæ pityriasis græce
dicitur, est cum tenues & furfuraceæ squamulæ
ex capitis, vel etiam reliqui corporis superficie
resoluuntur, nullo ulcere relicto. Id autem euenit uitios
so corporis humor, saltare pituita, aut bilioso & melâ
cholico sanguine caput subeunte. Itaque corpore toto
(ut d'etum est) inanito, subscriptis facultatibus utemur.
Cimoliam aqua prius maceratam betæ succo miscebis
illinesq; & tantisper ita permittes, donec inaruerit. De
Inde postquam ablueris, thus ex uino oleoq; detritum
perunges; die insequenti staphida agriam, hoc est, herbâ
pediculariam, ex oleo inunges. A L I V D. Niti, fe
cis concrematae, myrobalanorum, singulorum libra,
herbæ pediculariæ libra una semis. uino dilutis caput
abstergitur. Sin autem reliquum corpus pruritus uexetur,
siccis. Ad humidorem uero pityriasm, muria, vel lupis
norum decocto caput abluendum est. hoc enim subint
de sum expertus.

A D P S Y D R A C I A E T E X A N

themata capitisi.

Psydracia exigua capitis tubercula sunt, pustulis similia,
quæ summam cutem excedunt. Exanthemata uero cui
is sunt exulcerationes, subrubicundæ, & asperæ. Vtrum
que uitium facultatibus infra positis exterius, Argenteæ

Spumæ, & cerusæ singulorum drachmæ quatuor, alumini
nis drachmæ duæ, ruta foliorum viridium totidem, ex
aceto myrtoq; oleo leuigata cuti illinuntur. ALIVD.
Ruta & alumen cum melle trita, capiti prius raso inun-
guntur. Sin autem cutis à capite abscedit, oleæ folia elix-
xa cum melle inducuntur. A L I V D. Argèti spumæ,
cerusæ singulorū, * unciae duodecim, sulfuris viui dra-
chmæ octo, cerato myrto excipiuntur.

AD HVLCVSCVLA CA

pitis densa rubbaq;

Hæc papillis sunt similia, ex quibus quedam ueluti sa-
nies desfluit. Caput prius nouacula raditur, & aqua fric-
tida nitroq; abstergitur. Deinde sulfure uluo ex homi-
nis urina contrito utitor. Vel cretam sutoriam, μελαρνη
piæ vocant Græci, cum aceto inungito.

* Alexander medius Argæte spuma
mæ drachmæ. 3.
cerusæ drachmæ

4.
* Melius est dra
chmæ. 12
Sic habet
Alexander
medicus

DE MANANTIBVS CAPITIS
ulceribus quæ Achores Græce dicun-
turi, & Fauis.

Inter capitis uitia, quæ in cute oboriuntur, unū est, quod
appellatur Græcis Achor, à nostris manantia ulcera, te-
nuissimis cutem foraminibus perforans: per quæ glutis
nosa fertur sanies. Simile ipsi malum specie est, quod à
faui similitudine μήπον à Græcis nominatur, quod ma-
gis amplius foraminibus exasperatum est, quibus hu-
mor crastitudinem mellis referens sicut in apium fauis,
continetur. Origo est ex nitrosa salsaq; pituita, uictus igi-
tur ratio ex cibis boni succi constare: omnia acria & sal-
sa uitari debent: præsertim si inflammationem affectus
resipiat, postquam corpus superfluo decenter erit leua-
tum, derasis capillis caput fouendum bis terve die, aut
etiam sæpius, aqua calida, in qua myrtus sit decocta, uel
rubus, uel lenticula, uel amaril lupini, uel asparagi radix.
Quum uero plus saniei emanat, recte illinuntur fa-
licis folia cum aqua, uel lenticula. Deininentur au-
tem terra cimolia, uel cretica, uel samia, uel pom-
pholix, uel spodium, uel argentis spuma, uel cadmia,

P A V L I A E G I N T A

uel charta combusta, uel etiam medicamentum ex charta siccum, omnia ex aceto inducuntur. Si megmate uero hoc utendum est, sulfure uiuo, & perdicii herbæ, sapo nisq; æquali pondere. Composita hæc sunt, argenti spuma drachmæ duodecim, rutæ foliorū drachmæ octo, herbæ pediculariæ quam staphida agriam Græci uocant, drachmæ quatuor, chalcanthii drachmæ duæ, Ace to myrtleoq; in folidum spissitudinem coacta illinuntur. A L I V D. Sandicis, myrræ, mannae, singulorum pondo drachmæ quatuor, sulfuris ignem non experti pondo drachmæ duæ, ex oleo ueteri inunguntur.

A L I V D A D A C H O R A S.

Qui hoc uitio infestant, stercore argenti, uel molibdena contrita oblinuntur. A L I V D. Humentes aufert anchoras, rhododendri pondo triens, rosarum, sulfuris uiui pondo triens, picis liquidæ, & picis aridæ utriusq; pondo quadrans, ceræ selibra, olei myrræ quantum opus est. In pueris autem, lacte soluta illinuntur.

D E F I C I S.

Ficus, nominant eruptiones ulcerum modo rotundas, cum duritie quadam rubentes, quas dolor etiam comittatur. Fit uero hoc mali plurima ex parte in capite, nascitur tamen & in reliquo corpore. Probatur maxime contra hos alumen fissile, æris flos tostus, & glutinum pari mensura cum squamæ æris duplo. Teruntur ex ace to illinunturq;. Præstans etiam remedium est menarū capita combusta, elixiq; bulbi, & cinis ex aceto.

A D V B R S V S C A P I T I S E T M E N

ti eruptiones, exanthemata uocant, sicum referentes, xeraphium.

Misyo^s drachma una semis, chalcitidis drachmæ duæ semis, squamæ æris, aluminis fissi, singulorum drachma. Bene loto hoc aridum impositum dimititur. Die in sequenti tursus pars lauatur, spongiaq; detersæ idem

* Alise
drachmæ
duæ, s

LIBER TERTIVS

applicatur. Decidit enim ramentum crassissimum. Et si diebus subsecutis idem fiat, sine cicatrice breui consanescit. Cæterum medicamen hoc non mediocriter adhæret.

AD CAPITIS PEDICULOS.

Lupinorum in aqua coctorum diluto caput utiliter detegetur, uel herba pedicularia, uel sandaracha, uel utrasque contrita ex oleo ueteri, seu aceto illinitur, uel pipes ris momentum ne exulceret cum oleo, aut hæderæ succus cum melle, aut minium synopicum cum aceto, aut cedrinus liquor, aut pix liquida cum alumine, aut baccharum lauri expressum, aut oleum raphaninum. Ego pediculariam ex aceto oleoq; tritam inunxi, ac semper qd uolui, sum affuscatus.

DE CAPITIS DOLORE, Q VEM

græci καφελαλγίαν vocant. Cap. IIII.

Capitis dolor qui Græci dicitur καφελαλγία, malum est inter ea quæ corpori accidentum grauisimum, nunc ex sola corporis intemperie oritur, nunc ex nimia humorum copia. Interim ex utraq; causa: interim uero ex primitua & foris accidente causa alia nempe, solis æstu, frigore, ebrietate, aut istu. Vehementissimi igitur capitis dolores ex factius qualitatibus nascentur, & potissimum caliditate. At siccitas non æque uehementes inducit. Humida qualitas suipius respectu, nullum plane dolorem cōciliatissimæ caliditat, aut frigori, aut humorum copiæ adiuncta. Itaque de eo capitatis dolore qui cum febri est, eo loco explicitum est, quo febrium curatio exposita est, nunc de cæteris dicendum est.

DE CAPITIS DOLORE EX solis æstu contracto.

Qui ex æstu capite dolent, eorum cutis tactu calida est, & primo statim manus iniecta aridior apparet: oculi rubent, frigidus fottus, & inunctiones placent, ipsijsq; iunguntur. Cæterum curatio his conueniet etiam ea, quam

PAVLI AEGINETA

dolori in febribus præscripsimus. Si dolor remanet, in
frascriptis utendum est cataplasmatis. Prodest fronti &
temporibus inductus panis ex posca, & rosaceo. Inter-
dum cum amygdalis, uel rosis siccis, aut mollibus uel
menta cui pulegium sit adiectum, uel panis cum perfici
foliis, facit etiam ocynum ex aceto & rosaceo tritum,
uel hæderæ corymbi in aceto elixi, & rosaceo contriti.
uel serpilli ex aqua decocto hordeaceam farinam mi-
scere conuenit, uel cardamomum torridum leuigatiq;
aceto & rosaceo: uel fermentum cum rosaceo, uel iri-
dem aridam cum aceto. Sed mutantur continue singu-
la: Nam uetusitate sunt inefficacia.

PASTILLI AD CAPITIS DOS

lorem ex intemperie calida.

¶ Alexan- Croci drachmæ † quinq; chalcanthi drachmæ decem,
der Cro- aluminis * drachmæ sedecim, myrræ drachmæ ses-
ci, chalcæ ptem, omphacii, chalcidis, gummi singulorum dra-
chi drachmæ tres. Vini austeri quod sufficit. Ex posca sumun-
chma de- tur. Sin etiam uigilæ infestent, aliquid ex somniferis
applicatur utiliter.

* Alexan- DE IIS QVIBVS CAPVT EX
der Alus- frigida intemperie indeolescit.
minis scilicet At si frigus nocuit, contraria, iis qui ex solis aestu dolent,
affectiones signa testantur. Etenim facies ipsorum non con-
cidit, sed colore etiæ decorem q; amisit. Item frigidis nec
gaudent, nec iuvantur. Verum horum agnitionem tum
uictus ratio, tum reliqua concurrentia firmabunt. Inun-
dationes igitur adhibenda ex oleo rutaceo, laurino, uel
irino, uel nardino, uel etiam opobalsamo, præsertim si
excretentiæ humores fuerint crastiores uulcoſiq;. Frōs
autem tum hoc liquore, tum iis medicamentis debet
illini, quæ ex pipere, & euphorbio præparantur. Vinum
subtilius propinandum: corporis motio adhibenda est.
Item balneum calidum prodest: interim à radicula uos-
mitus. In quibus autem qualitas citra humorum co-
piam, persistat, hoc utendum est medicamine. Pipe-

20

25

30

35

ris albi, crocomagnatis singulorum drachmæ duæ, euphorbiæ recentis drachma octo, steroris columbinæ drachma una, aceti acerri quantum satis est. Illinitur pars laborans, sed prius infribata ut cōcalescat.

3. **SIBILIOSVS HVMOR DO**

lorem inuexerit.

Notæ horum persimiles iis, quos ob solis æstum dolor affigit. Sed maior ipsi rōsio accedit, & faciei palor. interim etiam os inamarcet. Porro affectus hic æstatibus uigentibus & temperaturis calidioribus, uitæ sollicitæ & bilem flauam coaceruantibus solet accidere. Quamobrem balneum temperatum his, in uncios nes, aqua potus, & uniuersa uictus ratio humidior, bos niq; succi utilis est. Biliosus humor absynthii diluto, uas cuabitur. Vel aloe aut ipsa picra, i. amaro antidoto per se, aut cum modica scāmonia, aut catapotiis quæ aloe constant. Inungenda frons, aut croceo pastillo, aut trigo no, aut quodam simili.

SICAPVT CONSORTII

20. **oslo** caput consortii lege indolecat.

Si caput consortii lege afficiatur quod ei cum toto est corpore, cura adhibenda, quomodo contra intemperiem, superantemq; materiam pugnemus. Si copia quædem premit & maxime in uenis, sanguis mittendus est: Sin autem magis qualitas urgeat, purganti uento dum medicamine. Quòd si particula laborante aliqua simul condolecat, ueluti iecinore, aut uentriculo, aut stomacho, his succurrentum est. Vbi casida afficit intemperies, panis ex aquoso uino exhibetur, uel etiam ex chondro sorbitiunculæ. Extrinsecus uincit superfundere, quæ modice refrigerent, uiresq; cōfirment, sicut à me prius cōprehēsum est. At si glutinosi crassiq; humores in stomacho infarcti, capitis dolore concident, hos quoque amolioemur potu oxymelitis, tum simplicis, tum Iuliani. Insuper medicamentis ex hysopo & origano, & his adhuc calidioribus magisq;

I i ii

P A V L I A E G I N E T A
incidentibus. Iam uomitus à radicula utilis, fomenta
calidiora, & cataplasmata recte admouentur.

D E C A P I T I S D O L O R E

E X V I N O .

Si uinum adhuc itcoctum in stomacho fluctuet, tepens
tis aquæ potu uomere dolentem iubebis. Q uod si ēt
post concoctionem caput in doloreat, refrigerantibus res
pellentibus q; utemur, quale est rosaceum priuatim sum
ptum, & cum aceto, uel hederæ succo, uel brasifæ.
Quin & ipsa brasifæ folia in aquam calidam demer
fa, & capiti circundata ligataq; naturaliter ebrietatem
arcent, eiusdem decocta elus in id efficax est. Item
lenticula hos adiuuat, potissimumq; uentriculo humili
dore præditos. Adhæc alica, malicorium, & mala ipsa,
piraq; tum aquæ potio, utiliter assumentur.

D E C A P I T I S D O L O R E

E X I C T V .

Qui ex isto capitis dolorem conceperunt, nisi sunt
ma cute percusi sint, sanguis statim emitendus est,
& fatus alii atque alii capiti sunt applicandi, lanis oleo
dulci imbutis ipsum operietur. Vino ciboq; plenior,
præsertim si febris adest, ægros coercere expedit. Et to
ta curatio ceu ad neruosalium partium inflammationē
& præcipue membranatum cerebri quas meningas ap
pellant, adaptabitur. Si uero & uulnus factū fuerit, huic
quoque decenter medebimur.

M A L A G M A A D C E P H A

L A L G I A M .

Ceræ drachmæ septem, amygdalini olei unciae tres,
terebinthinae drachmæ octo, æruginis rafæ, cimoliæ,
chalcididis singulorum drachmæ quatuor, punicis
drachmæ tres, æris usq; squamæ stomomatis singulo
rum drachmæ duæ. Si uidetur paulo esse durius, amyg
dalino emoliendum.

D E C E P H A L A E A , E T H E

mictania. Cap. V.

Verque hic affectus, stabilis ac permanens capiō
 tis dolor est, qui strepitu, clamoribus, claritate lu-
 cis, uini potu, & impletibus caput odoribus ex-
 candeſcit exacutusq;. At aliis totā feriri caput i hoc do-
 lore, aliis alterā ipsius partē diu taxat excruciatuſidetur,
 quoſ etiam hemicranicos nominant. Q uibus sanè intra
 caluariam malum conſtitit, iis dolor ad oculorum radi-
 ces porrigitur: quibus extra eſt, circa ipsam caluariam in-
 doleſcent. Q uapropter dolores cum grauitate moleſ
 ſti, plenitudinem teſtantur, cum erosione infestantes, uel
 humorum, uel vaporum acrimoniā: qui cum pulsibus
 obueniunt, inflammationem: qui cum tentione, si quidē
 grauitas & pulsus nō adſit, ſpiritus tenuis, & flatulentī
 redundantiam innuunt. Si cum pulsu, membranosa pa-
 tris inflammationem: cum grauitate, humorum qui in-
 tra membranas ſe receperint, copiam. At ſi putridus etiā
 humor, calidior euafet, jam cum febri ſimil caput do-
 litat, febriunt autem omnino, & quibus inflammatio do-
 lorem parit. Q uum igitur corpus totum lucis & quaſ
 biliiter omnibus redundant, quod plethoricum dicitur,
 uenam ſecare ſi uires patiantur, & acrilibus uti clyſteris
 cōuenit. Inde ſi adhuc ſanguis ſūdetur exuberare, etiam
 uafe narium ad aperto quantum ſatis eſſe uidetur, detra-
 hes. Mox hiera acris exhibenda, deinde pituita eductio
 nibus, apophlegmatismoſ uocant, utendum eſt, tum liſ
 qui per nares uacuant, & ppvva Græcis dicuntur. Eiusmoſ
 di eſt elaterii fuccus, cum laſte iuſſus, uel etiam aridū
 elaterium inspiratum, ſuccusq; cyclamini & porri. Hæc
 quaſ sequuntur, ſunt composita. Medicamentum quod
 naribus induitur ad ueteres cephalæas, lippitudines &
 morbos cornitiales. Nigella pondo drachmæ octo, ſa-
 lis ammoniaci, elaterii, ſingulorum pondo drachmæ
 quatuor. Tunſa, oleo ſicyonio, uel irino, uel cypriſ
 no excepta, ut cerati ſiat ſpissitudo naribus demito
 tuntur;

PAVLI AEGINETÆ
MEDICAMENTVM Q VOD
pituitam extrahit, naribus inspiratum.

¶ Galenus Cyclatini siccí denarii octo, † nitri tubi denarii quatuor adiicit iri or. Sin autem in uicem nitri elaterium indideris, magis dis denariorum proficiet. Tritum accurate calamo scriptorio naribus in rios duos spirabitur. Porro epithemata quoque capiti utiliter applicantur. Item inunctiones, ubi morbus in uetus statem inciderit.

EPITHEMA AD CEPHALÆAM.

¶ Galeno Vnguenti irini, peucedani, castorei singulorum drachma, agnisi semi baccarum lauri drachmæ due, † rutæ summittatim drachmæ, rosæ marie quatuor. Excipitur cerato rosaceo, rasoq; capiti, to sic capiunti ipsi imponitur. Mulier quædam in hemicranicis hoc gulosum etiam quod sequitur epithemate usa, mirandum in modum inclinavit. Radice cum cucumis sylvestris viridem medium concisam, absinthiumq; cum hydrelæo incoquebat, dum istabeficerent. Ac hydrelæo calente mediocriter partem affectam irrorabat, radicem uero, & absinthium in puluerem contrita oblinebat. Atq; hoc solo medicamine, hemicranicos, id est altera capitis partedo lentes & cum febre, & sine ipsa, curauit. At si malum maxime increuerit, ut dolorem ferre nequeant, utior medicamentis etiam quæ lenire possunt, & noxia euocare, quale est quod sequitur.

VNGVENTVM AD CEPHALÆAM.

Liquoris peucedani drachmæ sedecim, lachrymæ passaueris, anisi, alterci quod hyosciamum Graeci uocant, croci, myrræ, scammoniæ, singulorum drachmæ due. Aceto excepta in pastillos coguntur. Cum usus postulat, ex aceto uel posca illinitur iis, quibus humores trahi, uel sp. ritus flatulentus dolorem fecit. Iam dropax & sinapismus iisdem benefacit. Item pastillus ex thapsia, præterea medicamen ex atramento scriptorio mirifice eidem causæ medetur, quo in his eo modo utendum est, sicut in opere de compositis docebitur. Quin & istud mirabilem in modum ad hemicranicos ex crasso

glutinosoq; humore dolescentes efficax est. Euphorbi
portio una cum pari castorei modo aqua excepta auri
culæ demittitur qua parte indolescit, inde balneum ad
eundum, ubi paululum immorati ipsum assument, & cō
sueto more laubunt. Sic quidem expertum est, uerū
non alienum absurdumq; fuerit, & oleo ipsa excepta in
aurem instillare, Quod medicamē ad coxendices inscri
bitur, etiam longo capitis affectu laborantes, & hemicra
nicos ex toto persanat.

AD HEMICRANIAM VETEREM.

Scordii drachmæ quatuor, ceræ drachmæ duæ, axuno
giæ ueteris drachmæ duæ, cantharidum drachmæ
duæ. Vesperi illitum finito per noctem adhærere. Ma
ne iupta papula per liquido medicamine, παντοποιη
pellant, ei medeberis. A L I V D, Baccarum lauri qui
bus cortex sit ablatus, ruræ foliorum, singulorum dena
rii duo, sinapios denarius. Aqua dilutum oblitito. At
iis qui frigori patuerunt, utilissimum est infra scriptum
medicamentum ut plerosq; semel ante balineas illitum
confestim affectu liberaret & à lauacro (qui antea labo
rabant) in totum sanitati pristinæ restituerentur. Olei fa
bini pondo, ceræ quadrans, euphorbiæ uncia. Hoc dimi
diæ frontis parti, nempe qua temporum musculus
habetur, delini debet. Qui uero frigoris iniuriam
non senserunt, iis gallæ, & crocomagnatis parem
portionem cum uino detritam inungito. Sed qui
ex calidis uaporibus, uel succis capite dolitant, iis
medicamenta quæ euphorbio constant, non appliq
cabis.

A P O P H L E G M A T I S M V S,
id est medicamentum pituitam
per os purgans contra
Cephalæam.

Sinapeos contriti & expresi, aceti, mellis, singulorum * drachmæ
uncie quatuordecim herbæ pediculariæ drachmæ qua quatuor
tuor, pyrethri tantudem. Tunsa cribrataq; miscetur, decim.

*Forte

P A V L E G I N E T A E 13

& in sole gargarizanda dantur. Porro si ob biliosum humorem, aut quandam intemperiem orta Cephalæ diutius proogetur, eorum usus ueniet quæ in capite de cephalalgia comprehensa sunt. Si ne sic quidem dolor finitur, nec cucurbitulis, nec phitun dinibus adhibitis, sed humores per arterias distributi subsistant morentur; in idem, non absurdum fuerit & arteriam post aures incide. Porro humidioribus, etiam balineæ naturales reæ adhibentur.

D E P H R E N I T I D E . Cap. VI.

Phrenitis membranarum cerebri, quas meningas appellant, inflammatio est, sicut ipsum quoque cerebrum eadem modo conficitur, modo caslore à natura remoto astuet. Causa morbi est, uel sanguis superans uel biliosus humor: nonnunquam & flaua bilis perusta, adeo ut in nigram degenerauerit, quæ etiam grauissimam phrenitidem contrahit. Aliquando cerebrum sincipitis consortio dolens, ex nervis qui in ipsum sparguntur uitium concipit, idq; in ardenterissimaru febrium vigore, Porro quæ stomachi consensu gignitur mentis perturbatio, phrenitis non est, sed hoc solum puta delirium. Propria phrenitidis comes est plurima parte somnis difficultas: interdum quoque somnus turbulentus accedit, ut consurgant æ gri, exiliant, & furibundæ uociferent. Quibus sanguineus humor morbus fecit, cum risu ii insaniunt. Quibus flaua bilis, ferociter, quemq; admodum quibus atra uitium contraxit, tam immaniter saeuunt ut coerceri nequeant, omnium quæ dicunt faciunt ve, obliuiscuntur. Oculos habent cruentos ac saepe perfricant: interim aridos, interim lachrymantes, uel ut crassior pituita innatet. Lingua est aspera, sanguis è naribus destillat: floccos festucasq; colligunt, febre per totum morbi decursum acuta consiciuntur: ut quæ in alto malignius delitescat. Pulsus edunt exiguos, languidos, & quadantenus duros. Respirant magnum, & raro, cum cerebri affectus per se excretiat. At si phrenitis

Septi transuersi, quod Græci phrenas vocant, **consortio**
concitetur, & respiratio inæqualis est, & præcordia sur-
sum conuelluntur, & multo calore ardent: sicut iis qui
ex cerebri uitio infaniunt, frons incalescit & subcruenta
est, uenarum pulumiurgescunt. Quod si humor pitui-
tosus sit temperatus bilioso, ut mixtam habet originem
ita nomine composto uigilans coma vocatur. In unis
uerum enim succo superate bilioso, uigil efficitur phre-
nitis. Contra pituitoso præstantiore, grauioris modo
somni, quem νωμα Græci dicunt, sopiuntur. Atque hoc
malum antiquiores Galeno medici, Catochon voca-
uerunt.

C V R A T I O P H R E N I T I D I S.

Quod si vires egri patientur sanguis protinus è cubito
mitti debet, & copiosior. At si desipiens manum nō por-
rigat, aut si porrigit, metus sit secundum uacuationem,
sanguinis profluuii, dum manum æger subinde ob me-
tis turbationem laetetur, recta in fronte uena diuisa, una
uice quod satis est auferemus. item clysteris utemur, &
enematis ex hydrelæo uel rosaceo cum ptisanæ cremo-
re. Si uigiliae urgent, rosaceum, uel oxyrhodinum in cas-
put dñndum est. Aliquando calida ipsum aqua fouen-
dum, & medicamentum ex papauere exhibebitur, nisi
virtus imbecilla prohibeat. Et alia quæ ad somnum co-
ciliandum superius scripta sunt hic transferemus. Deo-
cubat æger in loco, tum lumine, tum temperie mos-
derato: & variis quibusdam picturis illico, nam hæc
deterrent. Quo amici quidem gratissimi ingredientur,
& commodum incident, qui nunc blande ægrotum al-
loquantur, nunc acerbius corripiant. Cibus primum eo
sto aqua mulsa, deinde ptisanæ tremor, & sorbitiones
ex chondro cum quadam dulci potione, uerbi causa,
apomelite, uel hydrorosato, uel rhodomeleite, uel diluto
hydromelite. Nam uinosum hydromel, quod in paruis
uasculis ex Cibyra apportatur, regudiandum, ut quod
grauiores uino noxas in talibus excitat, & maxime in

PAVLI AEGINETÆ

capitis affectibus, idq; ante concoctionem. Panis quoque aqua lotus recte exhibetur, intubis lactucæ elixæ. Si multus feruor conficiat, et cruda hæc dantur. Item cucus meris medulla, peponis, dorycnii, & similiuum. A qua frigidæ potu coercendi sunt, potissimum si septumi transuersum, consorti lege malo dedisse originem deprehendimus. Quod si urina ipsis, ut consentaneum est, delliti uitio cohibeatur, calentis hydrelæ imbre & pubem & uescicam fovebimus. deinde digitis manus, loco innixis ad reddendum urinam incitabimus. Reliquum corpus 10 ipsiſ decubentibus calido oleo perungi debet. Etenim in quiete, quoad eius fieri licet contineri, si diuites fuerint, à famulis, si pauperes, uinculis conuenit. Nā inordinata' motio vires conuelliunt. Iam uero alia etiam de causa pedes, prius foti, diligatur constringi, manusq; contrectari debent, nempe quo humores deorsum reuellantur. Porro si longior affectus, & contumax fuerit ab iis quæ stuporem membris accersunt, abstinentiæ ea uero quæ digerendi facultatem obtinent, capitis & fusionibus miscenda scilicet mentæ succus, uel serpilli, uel calamithæ, uel rutæ. Tum iis quoq; utendum quæ rariibus inferuntur. A septimo die si uiscera sentiant inflammationem, cataplasmatis ex lini semine, & hordeacea farina cum hydrelæ leniemus. Deinde eucurbitus las leues, aut cum scarificatione, tum his ipsis, tum occipitio, & spinæ accommodabimus. Si corpus squalidum perustumq; esse conjectaueris, febrisq; adsit, etiam balneis utendum aquæ potabilis, & unctione librariore. Vinum tenue & dilutum quod 3*λιτόρο*, ^{par} appellant uiribus recolligendis propinabimus, nullam inde mentis alienationem, ut est uerisimile, futura suspicantes. Aut enim nulla fit, cum status morbi est: aut certe si fit, ex facie si subsidet. Cæterum ubi morbus se remiserit, gestatio ne corporis uiri expedit, & congrua uirium recreatio ne. Sed ita phrenitici se secoligent, ut ebrietatem, otium, ciborum corruptiones, & in primis solis

~~estum~~ caueant.

DE INFLAMMATIONE

cerebri. Cap. VII.

Cerebrum inflammatione laborans, s^epe ita intus
mescit, ut capitis futurae distendantur. Dolor co-
mitatur maximus, & diutinus, uehemens ex re-
pletione cibi fastidium, rubor in facie multus cum tu-
more molli: oculi sunt proterui, caput inturgescit. Qui
hoc malo impliciti sunt, sanguinem ex cubito mittere,
item ex naribus, & uasis linguae subditis debent. Por-
ro ad inflammations tum respirationes, tum catapla-
mata, quæ humectare & mollire sunt idonea, capiti re-
cte inducuntur.

DE ERYSIPELATE CERE

bri. Cap. VIII.

Accidit quoque erysipelas cerebro, quo labo-
rans hæc patitur capite dolet uniuerso, adeo ut
flammis id urit putet, facies frigida est, & subpal-
lida, os aridum. Quare qui in tanto affectu sanguis de-
trahendus est, & potissimum ex uenis sub lingua sitis.
Refrigerantia conueniunt: quibus in aliis quoque erysi-
pelatis utimur.

DE LETHARGO. Cap. IX.

Lethargus itidem, cum ratiocinatricis animæ noxa
sit aliqua, locum eundem quem phrenitis, nempe
cerebrum, occupat: origo uero mali, contraria
est. Nam ex pituita, quæ frigore nimio & humidis-
tate cerebrum imbuerit, contrahitur. Lethargicos
comitantur febris lenta, non impense acris commo-
uensq; , cum profunda animi in somnum delatione.
Pulsus his magni, rarique sunt, & turbulenti.
Respiratio nimis rara & imbecillis. Marcorque &
prode inexpugnabilis dormiendi necesitas. Vix,
quocunque modo interpellentur, respondent. Om-
nium veluti amentes obliuiscuntur. Oscitant crebro,
& hiante ore aliquandiu persistunt, tanquam claudere

PAVLI AEGINETÆ

Id oblit. Deliciunt per aluum magna ex parte, liquido
ra. Nonnullis contra uenter inarescit. Vrinam reddit
fumentis similem. Quidam ex eis tremiscunt, & sudori
bus undiquaque madent. Huic affectui respondet Cas-
ros ex eadem materie proficiscens: sed hoc discrimine
variat. febris Carum praedit, eaq; uehementior. Le-
thargum subsequitur ignavior. Item Carus aliquot alis
affectibus superuenit, lebrium, exempli gratia, accessio-
nibus, comitalibus: cerebri compressionibus, modo
caluaria contracta, modo oblaſta membrana, quæ prio-
rem cerebri uentriculum contegit, μυνίγραφυ λάκκες Græ-
ci nominant. Lethargus autem peculiarem causam
obtinet.

CVRATIO LETHARGI.

Vires si permittunt, etiam hic uena secari debet. Sin mi-
nus, clysteriis acribus aluum ducemus. Aeger decumus
bet in domo spatioſa, medlocriter lucida. Caput eius
oleo perfundi oportet, cui etiam castoreum fit adiectū.
Nonnulli inuicem olei oxyrhodino cum castoreo uti-
tur. Robur hinc capiti caloremq; simul accerentes, Re-
liquum uero corpus, & precipue extrema, oleo imple-
ta ueteri cum nitro tosto uel pyrethro, uel pipere, uel
cocco gnidio extergunt. Licet & cerato quod his, & ca-
storeo simul constet, uti. Porro naribus admouētur thy-
num ex aceto contritum, aut origanum, aut pulegium.
Os ungitur, & palati cœlum detrito sinapi, cum mellis
momento. Conariq; oportet pituitam indidem affixa
digitis efftere. Si admittantur, etiam apophlegmatismi
usus erit ex oxymelite cum hyssopo, aut pulegio, aut
origano, aut ipso quoque sinapi. Potui exhibebitur aliis
quid ex iis, quæ cito transeunt, præsertim diospolites co-
chleari mensura cum posca. In iis qui tremore concus-
tuntur diuturno, castorei quoq; scrupulos duos tresve
dabimus. Si humoris inest copia, nihilq; aliud prohibe-
at, scammoniæ scrupulum, castoreo temperatum. At si
his affectus non discessit, caput radendum, deinde
fouendum

Kouendum est sale, milio, & similibus per sacculos adhuc
 bitis. Ad hæc sinapis uti in capite prodest, tum iis
 quæ per sternutamenta euocantur. Postea cucurbitulas
 occipito agglutinare: partim leues cum multa flamma,
 5 partim cum incificatione. Præterea ad natura excretiorum
 nes frequenter sollicitare oportebit, tum infectionibus, tu
 iis quæ urinam mouent. Puberi oleo rutaceo, aut sycio
 nio, cui sit adiectum castorei paululum, aspergere. Iam
 uero ut deglutiunt crebrius adim onebimus ex calida
 10 aqua dulcem quandam potionem, præsertim ex aporum
 melite confectionem, bombylio ori instillantes. Quod si
 medium infestet regionem cerebri inflammatio, huic
 itidem medebimur superfusionibus & cataplasmati.
 Naribus sinapi aceto tritum, uel castoreum ustum ad
 15 mouere profuerit. Alimentum esto tremor pisanæ, uel
 auenæ, uel alicæ cum oxymelite, uel salibus, uel pulegio:
 nunc quotidie, nūc uno die interposito. A cibo quin
 cit debent: summa diu cedere oportet, cruraq; pungere:
 re: nonnunquam pilos etiam in ipsis uehementius euel
 20 lere conniti quo excitentur. Iam femora & crura exulta
 cerata subinde prosunt. Cæterum ubi morbus inclinare
 incepit, gestatio statim continua utilis est, & balneum.
 Vixus q; uires recolligat, recreetq; deceter adhibedus,

DE CATOCCHO, AVT VI

gili comate. Cap. X.

Huius morbi causam, ubi de phrenitide sermo
 est habitus, sumus complexi. note, ut summatur
 dicam, communis quodammodo sunt phreni
 tidis & lethargi. Sed pro materia abundante variant, pe
 culiares autem hæc. Inuadit hoc mali hominem supinum,
 30 ex porrectumq; cuius alias facies subtumescit, & modis
 ce lethargicorum modo liuet: alias rubescit, & superior
 gena sursum conuelli uidetur, ac excedere ut ne conniv
 uere qdē æger queat: respiratio nulla appetet, sed quasi
 35 emortuus decubuit. pulsus est exiguus, languidus, & cre
 berrimus. Vrina & alius nihil, aut certe parum redditur.

PAV. ÆGIN.

K

PAVLI AEGINETÆ

Qui meliuscule habent, nec tam graui premuntur affe-
ctu, liquorem aliquem infusum deglutiunt: qui uero ma-
lo uicti sunt, ad nares regurgitant. Itaque pituita bilem
superante affectos à lethargicis discernimus, eo quod
nec facies tumescit, nec pluviada est, sicut lethargicis, præ-
terea quod paulatim etiam leuiter desudant. In iis pes-
ticolum maius est, quibus perugilium adeat continentis,
urinæ non respondent, difficilis inspiratio intenditur, sus-
dores erumpunt, & ad nares potus resorbetur. At si mu-
lier hoc laborare uitio cœperit, ab ea qua uulva stran-
gulata corripitur, hac nota discernes, quod naturaliter
iacere uideatur, & inclamantes percipiat, excitetur, ruf-
susq; somno graui sopiatur. Interim discunt etiam pri-
uatim diuersumq; à uigili comate catochon fieri, cum
simplicem non mixtam habebit causam, nimirum frig-
idiorum sicciorumq; materiam, qua posteriorē cere-
bri uentriculo replete malum hoc excitari. Quo qui
corripitur repente, in illo permanet habitu, quo corre-
ptus est, stans scilicet, uel sedens, clausis oculis, aut respici-
ens. Quam ob causam antiquiores Græci hoc deten-
tos morbo, catochos uel catochomenos, quasi dicas
occupatos deprehensosq; nominauerunt: recentiores
affectum feminino genere catochen & catalepsin uelu-
ti detentionem & deprehensionem. Curatio prædictis
est similis, sed ea qua superueniunt diuersam postulant
animaduersionem.

CVRATIO CATOCHI.

Huic quoq; malo sanguinis missione succurritur, præ-
sertim in quibus facies rubescit, modo uires suadeant:
aut clysteres iniiciendi, partim q; pluitam pollutam elis-
ciant, partim qui bilem abundantem leniant, pari modo
aliorū quoq; præsidiorū ratio utilis est. Similiter ægros
nutrire conserft, interim diebus singulis, interim uno in-
terposito. Porro affectus admodum periculosus est, si
aut uictu aut potu erretur. Quibus uomere ex usu est,
ii statim ad id cogendi sunt, ac ore uentriculi submisso

cura adhibenda ne alius irritetur, ac uiscera respirationibus ex cumino aut ruta fœantur. Quia ex ebrietate uitium conceperunt, crapula dissoluta, humidiora ciborum tractandi sunt, qualis est priuane tremor. Præterea casus inunctionibus congruis perfundetur, per æstatem frigidis, per hyemen egelidis. Si nequaquam crapula soluitur, neque ad sobrietatem redditus est, tanquam deplorata ualeudinis hominem uitare oportet.

DE MEMORIAE IACTURA,

& ratiocinationis, item de sopore, & fatuitate. Cap. XI.

Memoiræ iactura partim per se, partim etiam cum quadam ratiocinationis labo accidit: quemadmodum & mentis seu ratiocinandi facultatis noxa priuatim prius incipit, deinde memoriaræ iactura insequitur. Verum cum utraq pars, mens inquam & memoria male fuerit affecta, tunc fatuitas seu stultitia, quæ Græcis morosis appellatur, obortitur, causa malorum est, noua intemperies, quæ partes illas pertinaciter obsidet. Quod si humida solum fuerit, memoriaræ & ratiocinationis uitium creabit, torporesq; quos Græci ^{θραστας} uocant, & in somnum longas profundasq; delationes. Si uero humor frigiditas etiam accesserit, sopores & lethargos. Eodemq; modo si sola fuerit sic citas, uigilias tantum inducit. At si calor accesserit siccitati, deliria, & phrenitidas mouebit. Porro intemperies haec nonnunquam obueniunt humoribus: nonnunquam cerebri uentriculis, uel ipsius uasis: uel utiq; humiditati insparsæ, uel ipsimet cerebri corpori, uel etiam temporum musculis tali modo uitiat. At si humores cum ipsis sint mixti, similem quoq; morbum experientur: uerum simplex, an composita sit intemperies efficiens, ex specie excrementorum condicet. Quod enim memoriæ & ratiocinationis iactura, frigiditatis soboles existat, compertum habemus. Humiditati uero, an siccitatii iuncta sit, ex recrementis, ægri habitu, temperatura,

PAVLI REGINETA

niectus ratione, anni tempore & loco deprehendemus.

CVRATIO.

Si frigida male habuerit intemperies, calefacere, si humi-
ditati iuncta sit, etiam exsiccare oportet: rursus si mixta
cum siccitate, humectare simul & calefacere. Pari mo-
do etiam in calida intemperie refrigerare conuenit, si
siccitas accesserit, pariter humectare, si humiditas, refri-
gerare simul & siccare. In quibus sanguinem deprehendens
abundantem, uenam aperire, uel clysteris acribus uti
consilium est. Deinde etiam hiera amara, & apophleg-
matismis. Item inunctiones capiti sunt inducenda ex
oleo, cui adiecta sint qua refrigerant exiccantia, & osse-
dico, myrti, juncus, aliaq; similia. Ad hanc totius corporis
solicitudo habenda est. Quod si astu & lasitudine
orta fuerit intemperies, caput oxyrrhodino perfundens
dum, tum reliqua curandi ratione frigida humecta q; uti
conuenit. Inter cetera & cibo & potu simili. Quod si
caros fatuitati, uel obliuioni accedit, huic etiam succurso
rendum est, ut in lethargicis prius comprehendimus,
ubi & ipsorum discriminem explicitum est.

DE VERTIGINIBVS. Cap. XII.

Vertiginum affectus nascitur cum frigidus, glutis
nolisq; humor cerebrum occupat. Vnde leui
occasione protinus etiam concidunt, ueluti quan-
do aliqua circuagi extrinsecus aspexerint, ut rotas, turbi
nesve, aut quando etiam ipsi circuaguntur. Interim ubi
capite inalescent humoribus in eo commotis, uel et
spiritu: interim prioribus cerebri uentriculis, caluariae co-
fractae perforata prescis, in quibus etiam uehementes
oboriantur cruciatus, praecedit aut primarium capi-
tis affectum uehemens dolor, torpor, & aurium sonitus.
quidam olfactu laetuntur, nonnulli gustu. Quibus autem
uentriculi oris confortium rosionem stomachi, quam
cardiogmon Graci appellant, accessit, etiam nausea su-
peruenit.

Vertiginosos in accessione quidem medicamentis quæ
odore mouent, excitare conuenit. item frictionibus, &
Id genus aliis. Vbi morbus conquerit, eius discutiendi
gratia sanguis primum mitterendus est, deinde purgatio
ex hiera prestanta. Interpositis diebus acri clystere ex
centaurei, vel cucurbitæ sylvestris decocto utendum est.
Secundum huiusmodi uacuationes caput ipsum cuper
bitulis ad occipitum cum scarificatione lacinari debet,
mox apophlegmatini, id est medicamenta quo pituita
per os eliciant assimi, & sternutameta moueri. At quos
capitis calor, aurumque sonitus male habet, ceu uaporis
bus calidioribus per arterias sursum elatis, etiam arterie
sectio retro aures iis adhibenda est: ut in parte chirurgi
casimus dicturi.

DE MORBO COMITALI.

Cap. XIII.

MOrbus comitalis, cum totius corporis sit cons
uulso, sed ita ut princeps animæ functionum no
xa comitetur, partim in ipso cerebro, partim in
uniuersis huius ventriculis causam habet subsistenter:
modo humorem pituitosum, modo melancholicum. Itē
ore ventriculi affecto confortii quadam lege oboritur,
qui admodum in colicis quoque, sicut in illorum capite exe
quemur. Iam uero aliis quoque partibus contagionem
impartie:ibus hascitur, cum ueluti aura quædam frigidior
ad cerebrum ascendit, alias à crure, alias à manus digi
tis. Insuper uisus est quandoque prouenire et in quadam
muliere ab utero quo tpe esset grauida. A partu edito
cessauit. Occupat hoc morbi genus maxime pueros
eosque adhuc paruulos, deinde adolescentes & iuuenes,
minime senes & decrepitos. Praecedit igitur comitiales
corporis animiq; status minime arbitriarius, tristitia, eorum
q; iuxta sunt obliuio, turbulentæ insomnioru imagines,
capitis dolor, eiusque repletio cōtinua, ob iracundia ma
xime pallor faciei, & inordinatus lingue motus: nonnulli

K iii

PAVLITÆGINETÆ

ipsam quoq; commordent. Quibus à stomacho uitia
oritur, palpitatio ipsius præcedit tumultus & erosio. Iā
ex inedia seu cibo tardius assumpto, excandescunt. In
hoc casu, quamprimum inuaserit, ægri concidunt, cons
uellunturq; tum impotens quædam uox interdum sub
oritur. Sed peculiaris admodum mali nota est oris spu
ma. Quippe alia communiter alii quoq; morbis eue
niunt. Non desunt etiam quibus urina & sterca præter
voluntate excernitur, nōnullis & genitura. In quibus igi
tur acutissimus est effectus, statim iugulat, & tam crebris
accessionibus, & eorum quæ accidunt, uchementia. Ac
plerisque longus esse solet. Nā si non pubertate uel men
struorum initio, uel puerperio solitus fuerit, uel si post
hoc tempus remanserit, sæpe usq; ad mortis dilem pro
rogatur, nisi conguam medici curationem fuerit aſſecu
tus. Coargunt comitiales suffumenta, bitumen, uel lapis
gagates, uel cornu capillum, iecur hircinum comedū,
& fecoris toſti odor.

C V R A T I O.

Si infans ægrotus fuerit, nihil molendum est, nam æta
te ad biliosorem, sicciorremq; statum uergente, & uelut
moderatiore, sua sponte plerunq; morbus finitur. adeo
ut solitus uictus infantium, & eorum qui lacte nutriuntur
ratio sit habēda, q; post annos pueriles in morbi hunc
plabuntur, eorū partes cōuulſæ ac distractæ pingui asp
gine adiutari, cōtineri & in rectū dirigi debent. Deinde
ore distento digitus demitti, aut pinna oleo irino uncta,
pituitæ auferendæ gratia. Quim & medicamentis quæ
naribus adhibetur sensum mouere cōuenit, exépli gras
ia, peucedano, cyrenaico liquore, bitumine, pice cedris
na. Post accessiones si nihil prohibet, sanguis utiq; à cu
bito mittendus est. At si nihil remittat accessio, summæ
partes sinapi implendæ sunt, cucurbitula præcordiis de
figetur. Quod si nec his morbus cōprimitur, minimū
in medicina spei superest. nihilo secius tamen medicus
animo confidente castoreum necessitate adactus & lis

LIBER TERTIVS.

76

quorem cyrenaicum cū melle & acetō ori infundet . in
 annum centaurei decoctū, uel cucurbitæ sylvestris dabit.
 Quāl conualescunt uitibus ante recreatis purgatione ex
 hīera solitandi sunt. Hæc sañē est recētis & acuti mōrō
 bi comitialis curatio, deinceps quomodo inueterato suc
 curatur trademus. Itaq; ægrotos aquam diu bibere
 expedit. ac si nihil obest, sanguinem dimittere. Interpo
 sitis quatuor aut quinq; diebus corpulatum reficere, &
 sic purgante medicamento solicitare, præsertim ueratru
 nigro, uel cucurbita sylvestri, uel certe scammonia. Por
 rò ueratrum sine medulla tunsum cibratumq; aquæ
 mulsaæ cyathis quinq; uel sex inspergere oportet , aut
 melle crudo cum piperis momento excipere. Cucurbi
 tæ uero, semine eicto medullaq;, implebis ipsam pala
 so, sinesq; totā nocte cōmādescere. Mane passum tēpe
 ratū potui dabitur. Vel ēt medicamēto ex ueratro albo
 purgationē molieris: qd hæc recipit: baccarū lauri pur
 gatarū, piperis albi, alypiādos euphorbij, ueratri albi, sin
 guloru drachmas octo. Hoc totū datur cū passo qd in
 cucurbita sylvestri gnoctarit, probe uacuat per uomitū.
 Vbi uero sat purgati sunt, ægri balneo credetur. Tertio
 die in p̄cōrdis & dorso cute scapello incisa cucus
 bitulæ affigendæ sunt. Deinde cōpluseulis diebus inters
 positis corpus nutriendū est, & hīera diacolocynthidos
 assumi debet, postea capiti & occipitio cucurbitula ag
 glutinari. Sequenti die panis coctus in mulsa, tritus autē
 cum amaris amygdalis, uel serpillo, uel menta, uel cala
 mintha uel ruta superdandus. Atque id per tridū con
 tinuabitur. Ab hoc, caput tondendum est, & peucedani
 liquore cui spondylium incoctum sit, ex acetō diluto
 perungendum. Rūsus corpore interea recreato antis
 doti diacolocynthidos, oboli nouem ex aqua mulsa
 exhibentur. Interposito tempore, interpositis rursus die
 bus chyster ex centaurio & colocynthide, deinde hīera
 rursus dabitur, iterum tres ex antidoto offerre conve
 nit. Inde medicamentis uti quæ sternutamenta citant.

K iii

PAVLIAEGINETA

Post quinq^{decem} dies, castoreum ex multa præbatur, mox qua^p uitam per os & nares educant, deinde sinapismus capiti inducitur. Item uomitiones ciborum acremento, cum opportunitas est, citer expedit. Auxiliatur his etiam oxymel scilliticum quotidie possum, & mel, in quo scilla intabuerit, instar cochlearii assumptū. Vixtus ratio utilis est, qua^p incidat extenuetq;. Capparis igitur frequenter esus & saltem prodest. Fugere oportet carnes, legumina, unum copiosius, uenerem liberaliorem, balnea, sinapi, & potū statim à balneo, præsertim uini meraci. Exercitia proslunt & frictions, sed capiti post reliquas omnes corporis partes adhibitæ.

DE IIS Q VI STOMACHI VI tio comitali morbo corpiuntur.

Si stomachus primario affectus, morbum inuexerit, solicitudo habenda est, ut ex facili æger concoquat. Panis igitur acutate elaboratus ex uino temperato quod leuis ter astringat, album q; colore sit, ad horam tertiam resette assumptur. Item medicamentum ex aloë, bis terve singulis annis dare his expedit. Noui autem quādop^u puelum (inquit Galenus) neutiquam hoc tentatum poftea morbo, quam radicem glycyfidis (dicit autē paeonia magnam recentemq;) ex collo suspensam gesset. Insuper agaricum opitulatur comitalibus, idē præstat seseli, spondylii fructus, radixq;, aristolochia rotunda ex aqua pota. Non parum hic facit & continua cruxrum sciaffatio.

DE IIS Q VI A PARTIC V la quadam morbum concipiunt.

Vbi casus hic inuadere hominem ex particula percipitur, siue ea fuerit manus, siue pes, siue excipi ualenter debet qua^p superposita est. Cum remittit, adurens quodam medicamentum particulae inducetur, cuiusmodi est lepidium, & diacantharidos similiaq;. Ad hæc oxymel Iulianum comitiales uehementer adiuuat, particula latim materia cōmouens. Post omnia cōmemorata

L I B E R T E R T I V S

77

Theriae, & naturales balineas locum obtinent. per totum autem uitæ curriculum cauenda maxime cruditas cibus ante concoctionem obitam, isq; trassi succi, tarda nutritio, commotio, unum largius & potus à balneo, sicut comprehensum est, maxime meratus, præterea ual de uetusta, crassaq; uina, tū acria ex his quæ odore movent, & caput replent, loci præcipitus inconniuens conspectus, in balneo mora. Postremo curandum ne caput insolatu uratur.

D E MELANCHOLIA. Cap. XIII.

Melanacholia mentis quædam alienatio est sine febri, ex melancholico maxime humore hæcēs qui mentis sedem occupauerit: aliás cerebro ipso per se ægrotante, aliás cum toto corpore immuta to. Tertia uero melancholitæ species est, quam flatulen tam & à præcordiis hypochondriacam appellant, ob inflammata circa stomachum præcordia proueniens, quæ modo auram quandam maligniorem, modo substantię humoris partem ad cerebrum sursum transmittant. Communia omnium signa sunt, metus, tristitia, odium hominum. Item aliis se credunt animalia quædam bruta esse, & iuoces ipsorum imitantur. Alii uala fictilia, metuuntq; ne rumpantur. Hi mortem expetunt, illi eam dem expauescent, nonnulli semper rident, nonnulli plorant. Alii uero putat à maiore quadam ui se defendi oportariq; & uaticinantur futura, non aliter quām uates & diuinaculi quos Græci οὐδεὶς οὐδεῖς propriæ nominant. Peculiares notæ eorum sunt, qui ex totius corporis consensu melancholitæ laborant, gracilis corporis habitus, niger, hirsutus & ex toto melancholicus, uel natura, uel etiam ex acquisto p̄ sollicitudines quasdam, aut uigilias aut praurorum ciborum esus, aut emorrhoidum, aut mensu strorum suppressionem. At qui ex præcordiis hoc uitii conceperunt, eos testantur cruditates acidi fuctus, ardor, & ipsorum grauitas, tum quod præcordia sursum conuellantur, interim inflammatione conficitur. Ad

PAVLI AEGINETÆ

hæc quod tam incipientem morbum q̄ maiorem iam effectum melancholica comitentur symptomata. quod q; hac leuentur, concoctione, uel excretio, uel multis flatus, uel uomitu, uel ructu. Cum autem nullum ex his, aut certe pauca eveniunt, melancholica quæ apparent signa cerebrum primario affici in totum succi contagione melancholici fatentur. Porro si quando flava bilis supra modum exustæ in nigrum fiat mutatio, insaniam dictam græce manian inferet, cuius impetu ferarū modo redduntur effenes, ut etiam eos qui imprudentius 15 iphis occurront, manu uiolenter trahent.

CVRATIO MELANCHOLIAE.

Quisq; ex primario cerebri affectu melancholici sunt crebris balneis, uictu boni succi & humido curatur, una cum decenti animi delectatione, sine alio praesidio, cum humor qui molestat nondum ob temporis longitudinem excerni contumax est, quando ualentiora magisq; uaria tentare oportet remedia. Itaque purgantur per initia epithymo, aut aloe. Nam uel pauxillū ex his sumptū quotidie maxime iuvat, & leuiter aluum subducit. ubi purgati fuerint, ut dictum est, absinthium propinabitur: nunc herba ipsa duobus aq; cyathis perfusa incocta q; nūc eius succi drachma semissis, aqua continue liquefacta. Aceti q; acerrimi modicū sorbitio datur somnum iniuro. Iam multa obsonia in id intincta esse conuenit, præstantius autem erit aceum, in quo scilla, polium, & tenuis aristolochia commaduebit. Cum igitur morbi forte curandum suscepitis, qui quidem ex totius corporis affectus consortio, ut supra dictum est, trahit originē vires aut sint ualentes: a sanguinis missione incipiendum est. Interposito deinde tge, utribus recollectis, inferius purgare conuenit medicamento ex cucumere, tum eo quod constat nigro uerastro. Porro si haemorrhoidibus aut mensibus suppressis malum fuerit concitatum, hōrum quoq; purgationem molierunt. Laudantur etiam facultates, tum quæ urinæ ciendæ sunt, tum quæ per

sudores purgant. Si præcordiorum offensioni morbus
 debetur, & horum habenda erit sollicitudo, fouebuntur
 ipsa rute decocto perfusa: item arachti absinthii, pulegi
 agni seminis, & fructus lauri. Hæc etenim dolores quo
 que leniunt, & fatus discutiunt, oleo incocta, & sic affec
 tæ parti applicata. Cæterum præter hæc insint catapla
 matis etiæ ea quæ flatibus discutiendis faciunt, nempe
 apium, uel anisum, uel cuminum. Nil maluerit, si indu
 tur cataplasmati & cyperus, & ciris, & libanotis quam ros
 marium uocant. Cum hæc admoues, longo tempore
 per diem & pasto & ieiuno adhaerere fines. Vbi ademe
 ris, aliud quoddam operimentum superaccommoda
 to, lanam scilicet latiorem. Cucurbitulis ad fatus dige
 rendos leuibus utitor ad dolores inflammationsque
 cum scarificatione. Porrò adhibita curationi diligenc
 ia, nec sinapis obliuiscere, sed acribus incidendi uirtute
 pregitis, & dropacibus super dorsum, uentremq; uti
 conuenit. Quibus uitium inueterauerit, presentissimum
 est remedium perueratrum album uomitum q; purgas
 tio. Victus omnibus melancholicis conferet probi suc
 ci, & mediocriter humidus. Vitanda sunt, caro bubula,
 ceruina, lenticula, brasica, coqulez, uina, crasta & nigra
 breuiter, quæ atram bilem generant.

CVRATI O I N S A N IÆ.

Insanientes confinilem melancholicis curationem re
 cipiunt. Propriam uero habent, ut caput ipsorum ros
 faceo tum unguine, tum acetato perfundatur. Item
 per antidotum picram, id est amaram, utilis est post san
 guinis dimissionem purgatio, necnon hirudines capitid
 admotæ. Vnica ipsis huic hippomarathri radix, semé
 q; eius ex aqua potum. Insuper bryoniae radicis dena
 riis ex aqua quotidie assumptus. Si aut delirates purgâ
 tum medicamentorum potionem renuat, interim ut fa
 cilius fallat ipsis, clbis nepe buccellis, uel sicub' pinguis
 bus, uel palmulis, interdū potionibus adiicienda sunt. An
 te oia uero in lecto uinciendi, ne uel sibi, uel alteri noceat.

P A V L I T Æ G I N E T Æ

Auf gestandi lectulo, intra cubile quoddam insaniensibus dicatum, penfili, §
DE INCUBONE, Q VI
ephalites Græce dicitur.

Cap.

XV.

E Phialten, quilibet in incubo est, aliqui ab eius nos minis homine dictum afferunt, uel inde quod hoc malo correpti ab aliquo se inuadit imaginantur. Themis tamen decimo epistolarum uolumine à suo focando pñigalione appellavit. Constituit id uitii ex crapula, & continua stomachi cruditate. Comitatut eo detentos difficilis motus, torpidus iu somno sensus, suffocationis imaginatio, & ueluti ingruentis cuiusdam mali occupatio. Ad hæc vox supprimitur aut incerta in discretaq; editur. Nonnulli in se grassatos etiam audire & ab eis uenerenti exigere putant. sed compressis eos digitis fugere. Cui malo succurrendum est per initia. Nam si diutius se prorogauerit crebroq; eos per nocte opprimat, grauius aliquod nuntiatur malum, ut apoplexia, infania, & morbus comitialis, cum primum in caput huius uitii causa ferri coepit. Quæ enim comitiales interdiu, eadem ephialtici dormientes noctu patiuntur. Itaque commodum est sanguinis detractione & purgationibus uniuersum æ gri corpus uacuare. Maxime his opitulatur, nigri ueratri denarius, cui scammoniae oboli tres sint adiecti. Item nonnulla ex odoratis, anilium, daicum, petroselinum. Iam hiera diaocolocynthidos, id est ex cucurbita sylvestri strenue auxiliatur: est autem ea quæ ad Rufum authorem refertur. Vicitus sit tenuis, non qui inflationes pariat. Succurrit ipsis & pagoniæ semen. Dan daq; sunt potui continue grana eius quindecim nigra in aqua contrita.

D E L Y C A O N E , V E L LY

canthropia, id est hominum in lu

pos conuersione,

Cap. XVI.

35

LIBER TERTIVS.

三

Quod *Vilycanthropia* detinentur, noctu domo egred
si, lupos in cunctis imitantur, & donec dies illu
cescat, circa defunctorum monumenta pleruno
que uagantur. Haec comites ipsorum notae sunt. facies
5 pallida, oculi siccii, & ad uidendum inbecilli, lingua arida
dissimilis, nulla in ore saliva sitis immundica, tibiae sine re
medio exulceratae, quod frequenti per noctem eius par
tis offensione accidit. Tales quidem sunt notae. Species
autem melancholiae hoc malum est, curandum quod in ac
10 cessionis tempore: sanguis ex uena ad animi usque des
fectum destrahitur, cibis probi succi æger, & balneis dul
cis aquæ sustinendus est, deinde lactis sero per triduum
usus, etiam hiera diaocolynthoides, his terve purgabili
tur. Ab his purgationibus, theriacen quoque ex uiperis
15 assumet, ac alia reliqua in melancholico affectu come
memorata, inuadenti jam morbo, aspergitibus somo
num accertere conuenit, in id efficacibus, ubi sonitus ac
cesserit, nates opio illinuntur.

DE AMANTIBVS. Cap. XVII.

A Mores cerebri affectibus annumerare cum sint
quædam curæ, haud fuerit absurdum. Cura ue-
ro affectus est animi, ratione in motu la-
borioso occupata. Hæ sequaces amantium sunt noræ.
Oculi concavæ non illachrymant, sed tanquam uolupta-
te plenti apparent, continens palpebrarum motus. & cù
reliquæ corporis partes non collabuntur solæ hæ amâ-
tibus concidunt. Pulsus ipsorum proprius nullus est, ut
quidam opinati sunt, uerum qualis eorum comprehenditur,
qui cura conficiuntur. Cum uero res amata in meno-
rem ipsi uel auditu, uel iusu, & præsertim repente uene-
rit, tunc pulsum animo turbato contingit immutari, ne-
que naturalem æ qualitatem, ne que ordinem retinere.
Hos igitur & tristes, & uigiliis torfos nonnulli qui dispo-
sitionem ignorarent, nullo balnei iusu, solitudine & te-
nui iustu consumperunt, in quibus sapientiores cum
amantem comprehendunt, ad balnea, compotationem,

Mots qui
appellent
lignes,

Tulans: qualq.
Huthbie mes:
qui eord 500
pnt hys mnlur
et le
que! m lef:
quande, et l de
et l plement me
et l plement me

2nd - mucus in curvature. lumen. path: pp
ignorant off:

*Vera et nova
Curationis*

PAVLI AEGINETÆ

gestationem, ludos fabulasq; animum abducunt, non nulls metum incutere conuenit. Nam qui amori sensu per indulgentijs difficulter abigi potest affectio. Quidā igitur obligandi sunt, ex ratione uitæ quam singuli deo legerint. In uniuersum mēs ad alias curas abducēda est.

DE APOPLEXIA ET HEMI

plexia, uel paralysi. Cap. XVIII.

Quando commune neruorum principium affectum est, eoq; omnes corporis particulæ motum simul & sensum amiserunt, apoplexia morbus appellatur, acciditq; principalibus animi functionibus oblaesis. Si autem in altera corporis parte obstruc¹⁰tion fuerit oborta, hemiplexia & paralysia nominatur. Si unam quandam particulam talis noxs occupauerit, illius affectio particulæ dicetur: quippe Hippocrates me moria prodit, Attonitum ipsi crus euaserat. Seruatur itaque in attonitis modica quædam respiratio: quæ si per multum à naturali functione recesserit, maximum inferet malum: si paululum, exiguum. Deterima uero est, cum intermititur, uel etiam ubi magna cum uiolenta ingruit. Origo iuiti est ex frigidiore pituita, quæ principaliſſimos cerebri uentriculos una vice & cumulatim repleat. Cum spinalis medullæ principium quandoq; totum huic conflictatur malo, omnes faciei subiectæ partes resoluuntur, ipsa manente incolumi, eo quid sum motumq; partes quæ ibidem habentur, à cerebro excipient. Cum dimidia ipsius regio infestatur, eius paraplexia constituitur. Si odoratus iuitiatus fuerit, uel ad priores cerebri uentriculos intemperiem expertos, uel ad meatus qui à percolando ethmoides dicuntur obstructos, talis referetur affectio. Itaque procumbunt attoniti, intermoritur vox, sensus motusq; citra febrē. Præcedit hoc mali, capitisi turbatio, acutus dolor, & uenari circa guttū extantium, sphagittidas Græci vocant, thos nulli prominentes, tenebræ oculis offusæ: itemq; splen²⁰dores eisdem oborti, extremarum partium sine ratione

algores, totius corporis palpitatio, difficilis motus, & dentium inter dormiendum stridores, urina, ueluti æruginea, atra, modica, & quod in ea subsidet, farinæ speciem refert. Id genus occupat senes potius, & tempora pituitosores, uictuq; ulos consumili. At si iuuenes, & per æstatem infestet, wagnam necessitatem fatetur.

C V R A T I O.

Apoplexiæ morbus, nequaquam, aut raro curatur, ut & morteni in propinquuo minetur. Si uero etiam remedia ipsum sustulerunt, plurimum cum partis cuiusdam corporis resolutione discedit. Qui igitur quoquo modo curationem recipiunt, iis statim sanguis ex uena detrahendus est, & si remissionem quandam habuerit, destrahere conuenit eadem die, aut sequenti, alium acri clyster ex muria & melle contemperatis ducere. Dein oleo copioso sulfurato totum corpus pertungere caputque chamomelino, uel anethino, oleo quo spondylium decoctum sit calamintha, mulsaque instillatur, ea quæ odore mouent, naribus admouentur, uti opopanax, uel sagapenum, & galbanum, uel castorum. Oportet autem & ori per uim aperto digitum, uel pinnam oleo madefactam inserere, ut ea quæ insunt eliciantur. Cæterum sedes etiam iis que fatus educunt, perungenda est: mulla uel oxymel potionis dabitur. Quinetiam apophlegmatismis ex thymo, uel origano cum aceto decoctis utemur. Vbi morbus se remiserit, cibus mollis, distribui facilis & succulentus assumetur. Si vox nondum redit, & uires permittunt, cucurbitulæ occipitio cum scarificatione defigentur. Si fieri posse etiam præcordiis, deinde gestabuntur ægri curru, aut lectica, aut lecto penſili. Valeudini faciunt & quæ sternuta menta excitant crebrius adhibita. Item quæ pituitæ per os educundæ sunt, apophlegmatismos nominant. Vbi quatuordecim dies morbus excessit, ad reliquas gestationes ducetur. Cæteræ sermonis sollicitudo habēda est, uetus apomeli cū mīcis panis, uel alīca dabit: mox paullū ex hiera. Post XXI diē balneo ægroti credentur.

PAVLITÆ AEGINETÆ

Vinum tenerum calente aqua temperatum potui ex his
bebitur. uires autem balneis & unctionibus reficiendæ
sunt. Loca uero mari uicina, si fieri potest, huic morbo
deligentur.

CVRATIO RESOLVTO

nis, quæ parens dicitur.

At si principis animæ functionibus liberis, omnium par-
ticularum resolutio acciderit, etiam qui has molestas hu-
mor, qualis cunque ille fuerit, evacuari debet. Mox hie-
ra, cui castorei quoq[ue] pars sit adiecta, dabatur per initia
drachma semissim, cum tantillo, mellis, & aqua calente
diluta, uel per se, piperis dimio scrupuli addito. Qua-
tuor deinde diebus interpositis integra drachma assu-
metur, dehinc una & semis, postea duæ, atque tres. Rue-
sus totidem diebus interpositis quatuor drachmæ, si æ-
gri uires sustinent, offeretur mellis adiecto cochleario.
Membris autem quæ deficiunt, medicamenta quædam
digerentia, & ea quæ cutem possunt eruentare, imponen-
tur: quibus castoreum quoque, aut piper, aut pyrethrū,
aut cachry, aut euphorbium accommodatur. Prodest
etiam super ea oleum rutaceum, uel sicyonium, uel ue-
tus infundere. Cibi conueniunt frumentacei, sorbiles,
uel alioqui ad concoctionem expediti: nec recrementi
cei. Cucurbitulæ resolutis partibus agglutinantur. Si
multæ fuerint, distinctim: si paucæ, unius post cucurbitulas
delinuntur medicamenta ex pice, uel resina, uel manna,
optime autem faciunt simul incoctæ artemisia, & cala-
mintha, cunila, & nitrum ex aqua modica, quæ inter co-
quendum absimulatur. Alius iterum subducatur ex aloë
uel polypodio, uel scammonia, uel ex pulte diacocyn-
thidos, unctioni uero apitissimum est, uetus oleum in
quo scilla quadraginta diebus sub sole incubuerit. Si hu-
ius copia non est, duas scillas uncias coquito, illinitoq[ue],
uel cachry similiter præparatum, miscenda uero & ce-
ræ uncia, ne illata diffundat. At si galbani, castorei euphor-
bii, adarçæ & nitri, singulorum unciam semissim acce-
perit,

perit, multo erit medicarius, fouet exacte etiam ranunculus herba incocta oleo, in quo per insolatum concaluit. Erit. Potiones erunt caftorei, circiter drachma, opopanacis succus faba instar deglutitus. Mirifice facit etiam sagapenon ad erui magnitudinem, ex mulfa, & caftoreum cum opopanace. Item liquoris cyrenaici quantum mis-
 lium pendet. Auxiliatur & antidotum ex triplici pipere. Vtetur etiam acopis calefacientibus, & iis quae pituitae per os educendae sunt. Post diem, quantum decimū ples-
 nioribus uti cibis expedit, & auxilio multum proficien-
 te, in balneum deducere. A trigesimo dropacem adfer-
 re conuenit, & lauacro committere, in sequenbus die-
 bus sinapi illinere, in quibus & motus & sensus periiit.
 Id hinc debet intelligi, quod uehementer ustionē non
 percipiunt. In iis autem qui sensus compotes sunt, cutis ruborem duntaxat oportet excitare, post tumorem fa-
 ctum ad lauacrum mittere, & mollibus ceratis medica-
 ri. Vomitus à cena conueniet, & is qui radiculis afflum
 ptis cietur: item gestationes curru, aut lectica, aut uehicu-
 lo: postea ducentur ad balnea naturalia. Victimis siccior
 utilis est, potio modica & frictio, cibos igitur siccios esse
 debent, sicut q̄ possunt maximam sustinentes.

DE IIS Q VI LAXATIONE,

aut distensione resoluti sunt,

Quoniā resolutae partes uel conuelluntur, uel laxantur; idq; uel à repletione uel inanitione, attendendum rursus quoque est, partim sanguinem detrahi debere, par-
 tim non. Deinde in relaxatis quidem membris astrin-
 gentia, iis quae laxant miscere, & frictionē intensam mo-
 liriconuenit. In contrario s. laxantibus duntaxat utendū,
 frictione simul molli adhibita: oleo in relaxatis nitri pau-
 lum & foeculæ contritū adiiciatur. fatus erunt ex aqua uehementer calida, & potissimum marina, in qua deco-
 fax sint lauri, uel agni germina, uel samplicus, uel aliqd
 huiusmodi. Si aut aestas fuerit, natationes in mari: rubores
 in cute concitati his maxime conseruent. Itaque cedat

PAV. AEGIN.

L

PAVLITÆ GINETÆ

tur etiam particulae ferulis, uel articula ramis; Quod si per seueret resolutio, carnem, quae intra articulos resoluta est, attractam ferris oportet carentibus, exiguis, stellatis busq; transmissis aduere. Commissis autem membris dropacem continue superinicitur commodum est,

DE RESOLUTIONE QVÆ man

unamquaque particulam obseedit.

Quæ à nervi diuisione oritur particularum resolutio, insanabilis est: quæ vero ab intēperie, uel humore quoq;

dam contrahitur, commune quidem ex facultatibus eō memoratis præsidium recipit. Sunt autē peculiares quædam singulis ipsorum dicata, quæ subiungemus. In iis

igitur quibus in utrilibet partem depravata est facies, af-

flectum Græci καὶ πασμόν dicitur, æqualiter in op-

positum capistro appellato deduces. Profuerit etiam sanguinis detracitio, ex uasis linguae subiectis. Item cu-

cubitalis priori uertebræ dixit, tum pituitæ per os;

nares q; purgatio. Scendum itaq; est non eam maxillā quæ per uera esse apparet; sed oppositam resolutione

infestari. Guttare resoluto, cuicubitalis mento aggluti-

nabis, perungesq; medicamentis ex castoreo, sagapo-

no, & liquore parthico, auxiliatur etiam gargarizatio ex acribus. Ubi lingua resoluta fuerit, uenæ ipsius inci-

denda sunt, cuicubitalis mento admoendæ, medica-

mentis ex sinapi pituitæ per os eliciendæ gratia utendū

est, & linguae exercitii. Si uocis instrumenta soluta sîn;

thoraci præsidia adhibenda sunt, spiritus retentione, &

clamore utendum. In superciliis palpebrarum inunctio-

nes similiter proslunt. Item proficit futura. Vefica vero

resoluta, siue urina impediatur, siue ultro excernatur, pu-

bi & abdomini medicamenta applicanda sunt: sed im-

mittendum est oleum rutaceum, uel lycionium cu buty-

ro, castoreo galbanu, uel opopanax, uel liquore filo-

phi; vefica hæc per colem transmissa ualde profec-

sunt, uel sola etiam sufficerant. Iam clysteres ex centau-

re, & colocynthide cum lycionilo utiles sunt. Benefas

LIBER TERTIVS.

82

ciunt etiam medicamina urinam carentia, potuimus data, & castoreum cōsimiliter. In primis iis, qui nihil urinæ redunt, per rectos siphones, quos catheteras dicunt, in uescicam medicamina infundentur. Præterea laxantibus insidiebant, & cataplasmata inde conficerent. Qui præter uoluntatem urinam excernunt, corroborantibus auxilio iis astringendi sunt, cibis siccis, potionē frigida utetur: ubi se recolligunt, cutis exulceratione, & lauacris sponte proueniensibus frigidis utentur. Eos qui urinam sine uoluntate mittunt ob ceruleis uulnus, aut casum, aut terribile luxationem, superuenientibus, quæ mortem fatentur, hotis, nulla medicina perseuera subtrahit. Quod si teles resolutus fueritis q̄ in uestica dixi, ut edum. In ellis dem partibus & labis ea quæ intendendi uim habent, usurpabimus. Commendant autem lac, caseus, & relio quæ bellaria, lactuca, aliaq; olera, Longanone soluto, in quo punicq; extra uoluntate stercus erupit, nonnunq; cohäsetus, illudem uti par est: interim hæc ab inferioribus partibus clystere dermitti: alias astringentia, ut cupresi decoctum, lunci, rubi: alias laxantia, ut adipem suillum, & anserinam usum inum, & oleum. Est cum rodentia, qualis est muria, uel cucurbitæ sylvestris, uel simillimum decoctum. Nec enim sic motionem promouent, ueluti uaria agitatio. At si frigusprehendenter, etiam ex euphorbio a copio oleo dilutum inditur. Crura & brachia resolutionē experta, communī curatione flectantur, perflicantur, extendanturq; in modum prædictum. Nam in frictione spēi plurimum consistit.

DE RESOLUTIONE OB CORTIS

licet dolorem contracta.
Nostra ætate colicus qdā dolor incruduit: ex quo præsertim superstites futuros cōsummata artuum motus priuatio comitabatur: tactus sensu, ut uidetur, incolumi, ceu Critica quadā ex alto oborta transmutatione, unde motus plerisq; spatio tuis sponte redit. Qui uero imbecilliores extitere, et simplicioribus ex predictis inunctionibus

L ii

PAVLI AEGINETAE

leuati sunt: præcipue efficacia sunt experti, ac copon ex populo nigra confectum. Item quod abiete constat. Sed quæ roborandi uim obtinent, ac modice refrigerant, multis præclare opitulata sunt.

DE CONVULSIONIBVS.

Cap. XIX.

Postquam de resolutione tractatum est, deinceps conuulsiones exequemur: quoniam utræque noster uorum affectus est: quare etiam de tremoribus dehinc dicetur. Cum igitur statim ab initio, uel nō multo post morbi principia exortentes conuulsiones longius prorogantur, ex repletione ducunt originem. Vbi uero sudores largos, aut uomitum, aut deiectiones, aut sanguinis profluvia, aut uigilias, aut famen, aut motus, tum multos, tum uehementes subsequuntur, inanitioni feruntur acceptæ. Et cum ex sanis alicui repentina superuenit conuulso, ob repletionem eam fieri necesse est. At si uniuersum corpus, neruq; ex febribus perardentibus inanuerint, ac deinde ob sciclatem cœuelantur, maxime sane hoc malum est, & propemodum insanabile. Primum itaque partes quæ contrahuntur, ualenter continebuntur, & inordinatis resistendum motibus, oleo perfriicare oportet rutaceo, aut syconio, aut ueteri, aut quodanam ex hoc genere: tum aquam mulsam assumere. Eos qui ex inanitione conuelluntur, oleo, uel hydrex calido fovere competit, si nihil prohibet etiam ad lauacrum deducere, temperatoq; solio uti, cum oleo et frictione lenissima. Nutriendi sunt forbitonibus ex chodro & alica, utnoq; tenui & aquoso, quod facile per omnia corporis membra distribuitur, nisi febris adfuerit: tunc enim ptisanæ tremor utilis erit, somnumq; ac serfemus. Nam uero ex plenitudine, aut inflamatione, contractas conuulsiones curabis, si humores elicias, & inflammationis materie propriis ipsi præsidiis discutias. sit et conuulso, cu uolementes grauius turbantur. Succurrit 35 ipsis acanthii radix, spinæ albæ & Aegyptiæ semē epo;

sum nonnulli centaurei tenuis succum potui exhibent,
cum repletio conuulsionem parit. Atqui non modo bis
bitur castoreum, sed etiam à foris cuti una cum sycos-
tio illinitur. Si vero malum hoc modo non finiatur, cu-
20 curbitulas cum scarificatione admouere prodest: si crux
contra rhantur, coxis & postremæ uertebræ: si manus
conuellantur, etiam dorso, et primæ ipsius uertebræ, tu-
el quæ humeros superiacet. At toto universimi corpore
ab affectu immuni, si labrum, aut palpebra, aut lingua
10 contrahatur, graue symptoma existimandum est, quod
maxima inuehat pericula, licet exiguae partes affectae ui-
deantur. In his itaque sanguinis ex occipitio & primis
uertebris detracatio recte adhibetur.

DE C E R V I C I S M O R B I S , N E M

25 pe tetano eiusq; differentiis. Cap. XX.
Tetanus, cum & ipse conuulsionem quandā p̄g-
se ferat, procreatur musculis corporis, & pr̄ser-
tim spinæ, gelo modo concretis, frigido nimis
humore à foris et intus partes eas astringente: ideoq;
26 hoc malo occupati, flectere felse nequeunt. Verum cū
particulæ corporis in anteriora tenduntur, affectus nos-
minatur emprothotonos: cum in posteriora, opistho-
tonos: cum in alterutram partem æquali robore inten-
duntur, tetanus appellatur, Pelops hæc uitia tensionem
25 uocat, et cōtensionem muscularum cervicis, neruorūq;
per quos caput inclinat, renuit, et circumvoluitur. At si
circa posteriores cervicis musculos malum consistat,
opisthotonus ex accidente: si circa priores, emprostho-
tonos: si utringq; tetanus nuncupatur. Originem tribuit
30 musculis repletis spiritu, et aere crasso nebulosoq;: quē
impense frigidum et concretum, eoq; ad motum contus
macē asserit, unde ēt non sicca potius sed humida somē-
ta malo prehensis conuenire. Hæc qdē tetani differētiæ
sunt. Oēs eadē ratione curantur. Optimū itaq; pr̄sidū
35 est febris, q; p̄ initia nō fuerit, superueniens. Notæ horū
sunt, angusta respiratio, pulsus ratus et exiguis, nō nunq;

PAVLI TÆGIN ETÆ

Viris ipsiſ ſardonius oboritur, tuber facies, oculi magis intumescunt, ad hæc aut non urinam reddunt, aut aquæ ſimilem, aut cruentam; bullis quibusdā turgescen-
 tem: alius ſiccet, uitigine magis urgent, crebro q; à co-
 uulsionib; periculum eft, ne lecto ægri excidant, quin
 etiam ſingultare incipiunt: indolentq; alii capite, alii clauſ-
 culis & lumbis, quidam iplorum ſubtremuli quoq; eu-
 dant. Porro facit affeclum (quanius raro) laſiſtudo, hu-
 mi dormitio, pōderis eleuatio, caluſ, vulnus, ardor, iædus
 & alia quæ eadem nervis offensam inferre poſſunt.
 Curatur quomodo convuſſiones ob inanitionem ge-
 neratae, ſolent.

C V R A T I O T E T A N O R V M.

Quib; certuix recta intenditur, initio ſanguis detrahen-
 dus eft, partes lanis oleo imbutis ſicyonio, caſtoreoq;,
 cū ueteri cōtegendæ, aut ueficā quoq; plāta calido oleo
 repletari, tendinibus ſug imponere oportet, & cucurbi-
 tulas admouere, ſic ut cutis exasperetur, leues enī noxā
 quoq; inferunt, itē ceruicibus nonnumq; cucurbitulae de-
 fignantur, & utriq; ſpinæ parti, adhæc pectori, qua eft mu-
 ſculosius & p̄cordiſ: interim ueficā loco, & renum.
 Porro liberaliter ſanguinem auferre cōuenit, modo nō
 uniuersim id fiat ſed plurib; uicibus, ūdores lanis oleo
 madentibus abſtergere, ubi refrixiſt, in memoria ha-
 beatur. Q uod si tetanus in uetustatem incederit, in oleū
 bis quoq; die deſcendere conſert, non tam diutius im-
 morari, quippe in oleum deſcenſus, maxime uires con-
 uellit. P otus erit hydromeli pingue ad dimidiā deco-
 ſtum. Q ui robustiſunt, panacis liquoris drachmam bi-
 bent. Si minuſ, tres obolos, uel minimum, obolum. At
 fi quis iplum ceu stomacho inimicū habeat ſuſpectum,
 ammoniacū quoq; exhibebit, uel liquoris cyrenaici in-
 ſtar erui incoſto meli circumlitum deuoratur, & ſilphii
 radicis duo cochlearia, tribus muſlae cyathis iſperſa,
 uel iplius decocto exhibetur, uel myrræ drachma ex-
 muſla, hyſtopique decocto: ſed ominus ſecuriflmuſ

ex peditissimumq; est duo, tria ue castorei cochlearia,
particulatum præbere. Non enim obest ad ualeudinem
uel secundum cibum ex eo dari. Potus uero ipse præ-
ter alia tum paulatim tum modice assumentur. Nam dū
zegre potionem transmitunt, in nates ipsam propellunt
unde uehementer turbati, ad convulsionem proticanc-
tur. Sedes oleo rutaceo cum opopanate perungi des-
bet, quod ab infericribus quoque partibus inferetur.
frigidæ superfusionem, cum sit (quemadmodum ait
Hippocrates) periculosisima, eo q; posteris, credo, uitu
perata, & nos damnamus deultanusq;. Vnguentum
hoc conuenit, nardi sextarius, ceræ unciae duæ, folioru
amomi, styracis, mastiches, singulorum uncia: castorei,
adarcae, euphorbit, piperis singulorum uncia: spicæ nar-
di, opobalsami, singulorum tantundem.

POTIO OPISTHOTONICIS

ACCOMMODA.

Panachs radicis, piperis albi, costi, myrræ, papaueris
lachrymæ, singulorum pares portiones, exhibentur cis-
circular modo somnum capturis: benefacit etiam oris
thopnœticis, id est, qui recta ceruice spirant. Porro uis
etis erit tenuis, qui expedite distribuatur, & recremen-
tis omnino uacet.

DE TREMORIBVS. Cap. XXI.

Tremoris origo communiter ex neruorū imbe-
cillitate est, qd & tias senilis palā testatur: priuatim
uero plures & diuersæ alia: nēpe frigidius natu-
ræ tēperamentū, frigidæ potio, & præfertim in febribus
int̄pestiue assumpta: frigidæ glutinofiq; humoris redund-
at, & cuius usus liberalior. Qui igitur ex erroribus co-
missis manifesto tremunt, à noxiis abstineant. At si rema-
net diu in febribus tremor, primū corpus totū oleo sa-
bino pfundatur: ubi aut̄ accessiones remittunt, ueteri, aut
sicyonio. Sūma corporis mēbra lanis mollibus pūcta
cōlegantur. Deinde cucurbitulæ à priori uertebra ulq;
ad spinā lumbosq; agglutinentur, sic particulæ prius cū

* Manu
scriptum
drachmæ
exemplar
hētubig.

PAVLI AEGINETÆ

præcordiis hordei farina delinantur. Iam hæc quoq; pat
tes latis ex ueteri aut sicyonio oleo respersis operiantur. Q uod si febres inueterauerint, die uno interposito,
in oleum aut hydrelæum tremuli descendant, utenturq;
frictionibus teneris. Si longius prorogatur dispositio fri-
goris suspicione, mulla castoreumq; potu dabitur, et
calidis locis gestatio proderit. Cibus diuolu facilius of-
feretur, primum sorbilis, mox uolauum et plicium q
mollie carne sunt prædicti: febribus solutis in balneas eun-
dum est, sed ultiari debet frigidum solium, uiniq; potio.
Porro si crassorum uiscorum q; succorum copia fue-
rit, uti conuenit iis quæ incident extenuantq; uerbi gra-
tia, ruta ramusculo spondyli quantum tribus digitis co-
prehendi positi, castorei et nitri, singuloru obolis duobus.
Q uotidie cochleare unum cum oxymelite ad tres
usq; dies ieuno porrigitur, uel panacis et piperic grana
quinq; ex mulsa cyatho. Simplicia prælumpta tremen-
tes adiuuant castoreum, leporis cerebrum comedunt,
althæ radicis de coctu, damassoni foliorum drachmæ
quatuor in mulla, eupatorium ex aqua. Superante autem
frigore etiam zodi mi unguine, non modo acopis ad
resolutionem conscriptis,unctionibusq; et cutis rubri-
ficatione, phænigmion Græci uocant, utemur: præterea
exercitiis perficationibusq;. iis uero qui ex uini potu
tremunt, uinum circumcidendum est, quo ad in totum
morbo fuerint liberati.

O S C U L A R I A, E T P R I M U M

de dolore ex galeni conimenta-
tiis, Cap. XXII.

CVm oculi grauisimos sentiunt dolores, confis-
derato, quonā ex statu corporis hi ipsis in infla-
mationibus accidunt. Vel enim, dum ab influen-
tium acrimonia uehementius eroduntur, uel quia tunis
ex succis repletq; tenduntur, uel pp aliquā crassorū succo-
rum, aut spiritui flatulentorū, intēsionē dolores in ipsis
graues excitantur. Rosiones igit̄ purgantibus tolluntur

LIBER TERTIVS.

85

præsidii, q̄ noxiū humorē vacuent, itē cādido oti liquo
re in oculos infuso. Vbi uero concocta iam fuerit inflatio
matio, corpus q̄; superfluis uacuum, balneis uti commo
dissum est. Ex repletione contractas inflammationes
sanguinis detrac̄tio, aliud subducta, & partium inferio
rum frictio commode persanat. Tunicatum intensiores
soltuntur, toto prius corpore uacuo: item humorib⁹
qui sursum tendunt, ad inferiora reuulsis, deinde loco in
iectis remediis, quæ digerendi facultatem habent. fōs
menta itaque adhibenda ipsis sunt, & scenigræci deco
stum infundēdum. In quibus autem sanguis crassus os
colorum uenulas intendit, uerum ut corpus non ex æ
quo succis abundet, uini usus est, quod posit ex calface
re, uacuare, & meatus aperire,

DE PERTURBATIONE,

& lippitudine quam proprie oph
thalmiam Græci uocant.

Perturbatio humiditas oculi est, & calor cum rubore
naturæ alieno, nō ex corpore, sed à foris aduentete cau
sa aliqua, (uerbi gratia) sole, fumo, puluere, aut oleo:
quare etiam occasiō ipsius cognita, promptissime sol
uitur. In genere huius perturbationis, lippitudo est: uerū
non extrinsecus tantum, sed ex interiore etiam causa cæ
ca ingruit, per q̄; tres quatuor ve, aut quinq̄ dies plerū
que durat. facileme discutitur, si obseruentur omnia quæ
foris accedentia turbare lumen possint, item parciore
cibo, aquæ potu, aut in ambulatione, & alio ex facil re
spondente.

DE INFLAMMATIONE.

Cum inflammatio ipsos oculos occupauerit, post to
tius corporis uacuationem, perungendī sunt iis quæ im
petus humorum possunt repellere & uehementiam le
nire, quale est, quod ad Neilum authorem refertur, itē
diarrhodum, uel etiam mediacum, nardinumq; . Vbi
membrana adhærescens inflammatione tentatur, medi
camentis uteatur, quæ Græci ab uno die monemera

PAVLI TACGIN ETATI

soventerum cui candido insulis. Die infecato nisi inflammatio crebeat, nardino delinentur, fous ex meliodis de cocco utiles sunt. ubi crassus humor est, qui lippitudinem facit, medicamenta accommodantur, quae negi obstruant, neque humores interasset, sed quae diffundere, humectare, & excernere idonea sunt, quale est, chiacum. At si humores in capite fuerint obstruti, cucurbitulam occipiti admoveere oportet, uel scarificare, uel hyrundines fronti quia oculus dolet, adhibere: tum panem purum aqua madente cum modico rosaceo, aut polentis capiti papaveris decocto, super dare. Similiter etiam efficiaciore utendum est cataplasmate, ex croco, melilotis, palmularum carnis, teneris coriani foliis, ouis, tritico tosto, micis panis in decoctum intinctis, rosacei momento, & papaveris contriti diluto. Interdum semen quoque ipsius ad lenientium dolorem miscetur. Si magna doloris necessitas est, etiam opii pauxillum adlicitur.

Vbi dolor abest, stupefacientia uitari debent. Quod si mediocris inflamatio infestet, aloen per se, uel aqua, uel ouis albo dilutam illinito, ut autem expeditius sit auxilium, croci pondo libram semiissim, aloes pondo draconis sedecim, gummi pondo dodrantem, simul concocta aqua pluviata excipito, singitoque; collyria. Iam quae vocantur diacrocum lippitudinem initis sunt idonea, in quibus tumor mollis cedensque; & exalbidus habetur. In valpebris autem earumque; commercio sine tunicari offendit benefaciunt itidem liquida collyria (Græci hygrocolluria vocat) ex croco, atramento sutorio & melle preparata, Inter quae hoc est laudatissimum.

H Y G R O C O L V R I U M
quod dolorem leuet, anodyz non appellatum.
Cretæ sutoriæ, mellis attici, sucii foenugrazi, singuis loxiæ parespotiones incoquito, donec mellis spissitudinem habeant, deinde specilio duos angulos attingito.

LIBER TERTIVS. 86

AD DEFLEXIONIS IMPETUM,

qui epiphora Graecis dicitur.

Si pituita cursus in oculis sentiatur, per initia quidem conuenit nihil absumere, aquam bibere, & multo magis uenere abstinere. Alius subduci, facies posca diluta collat debet, præsertim si fetuens fuerit pituitæ cursus, finminus atramento sutorio cum nelle frons & palpebrae delinentur. Nonnulli atramentum sutorium aqua dilutum ad ablutionem exhibent. Porro in his qui defluxi citra inflammationem uexantur, uel etiam cum inflamatione quidem, sed ita ut supra os caluariae emanet, agglutinamentis utendum est in fronte. Ex simplicibus sanè, uiridia uitis folia efficaciter proflunt, uel rubi succus uel portulacea, uel cydoniorum cum polenta tenu, uel galla cum uino & pollentæ polline contrito, uel cicutæ succus, uel psyllii cum aqua, uel solano, uel cochleis cu testis suis in puluorem redactis, à tempore ad alterum tempus illata. In uniuersum q adstringunt refrigeratq. Inter composita hæc, pollen frumentaceus, & myrrha, uel thus cum ouli aquato illatum, uel sambuci terra cum myrrha, & manna similiter ouli albo inuncta. In frigido autem humorum cursu sulfuris uitio, bituminis, picis, colophonizæ, singulorum drachmæ duæ: item Musæ pastillæ, et aster, similiaque probe repellunt. Iam vero theriace uino astringente diluta, frontiq: illata frigidos humorum influxus sistit. Quin etiam easdem pota uehementer his succurrit. Ipsi uero oculi lana aut panniculis tenuis, ouli albo madens impontur, item caseus recens similiter oculo applicatus, acres maxime influxus cohibet, tum collyria à repris mendo dicta staltica, si illinantur, instillenturque diluta idem efficiunt. At si in imo, & sub osse hærescens humor longiore spatio emanet, post generales corporis uacuationes, medicamentorum usus est q p nares atq: os pituita elicere, errhina & apophlegmatismos appellant: caput attödetur, & incisa cuta exasperabit. Porro in his

PAVLITÆGINETÆ

etiam curandi rationes conueniunt, quas in capite, mas-
nu administramus, nempe angiologia, arreriotomia, hy-
pospatismos, & periclyphisnus, uti Græci appellant.
Item capitinis uertex usque ad os aduritur. Et cucurbitus,
lx occipitio incisa cute admota, impetum fluoris pos-
sunt reuelare. Fluxiones extra caluariam notant, uasa in
fronre & temporibus distenta, & caput ueluti reuinctum,
tum quod exagglutinam éritis siccâ præsidio sunt. Si hæc
desint, & fluoris impetus prorogetur, & sternutamenta
nonnunquam moleste elidantur, humorem sub calua
teneri censendum est.

DE CHEMOSI.

Chemosin appellant, cum utraq; palpebrae ex uehemē
ti inflammatione inuersæ fuerint, ut uix oculi ab ipsis co-
tegantur, & album oculi nigro sublimius euaserit, rubru
q; etiam magna ex parte nigrum occupet. Curatur ue-
næ sectione, medicamine purgante, collyrio diarodon
albo, & quod à cinereo colore uocatur ~~modicis~~, cum
lacte, uel oui aquato. Eodem uero palpebras tempora
& frontem illinere oportet, tum fomentis & catapla-
matis lenibus uti. Cum remittit inflammatio, acrioribus
quale est etiam uiride diarodon.

DE HYPOSPAGMATIS,

& emphisematis.

Hyposphagma uenarum commercii diuortium dicitur
ex istu potissimum factum. Instillatur itaque ipsis san-
guis palumbi, uel columbae, uel calidum lac muliebre,
cui thuris paululum sit adiectum, uel muria, & præser-
tim ex sale cappadocico: fons recte adhibetur ex hyso-
pi decocto. Porro tumor mollis, cedema uocant, ocu-
lis ex istu obortus, fomentis ex posca continuis, & spon-
gia ex eadem superdata discutitur. Recte huic specula-
tum combustum, & sterlus columbae æquis portionis
bus, uino aut aceto contrita illinunt, iam caseus recens,
uel radiculæ cortex, uel uua passa sine acinis, singulatim
ex posca, uel mulsa applicantur. Eadem faciunt ad

emphysemata.

**AD EMPHYSEMATA, ET
psorophthalmias.**

Emphysema palpebræ tumor est, cœdemati similis: psorophthalmia autem pruriginosa eiusdem scabies, ex salso & nitroso humore contracta. Cōuenit ipsis posca, lētio culæ decoctum, ex rosaq; fomentum. Hygrocollyrium autem hoc, æris drachmæ sex, mifyos tosti, myrrhæ, sanguinorum drachmæ tres, croci drachma una semis, pīperis drachma, uini Chii & passi cretici singulorum caythus unus, semisis: incoquuntur quoad mellis spissitudinem habuerint. Hæc est Erasistrati compositio, quam à multiplici usu panchreston appellat: facit etiam ad anginam, ulcera oris, pudendorumq;, & aurium dolores. Inungant & oleo palpebras, somnum inituri. Ab acidis salsis, & acribus abstineant.

DE SCLEROPHTHALMIA,

& xerophthalmia.

Sclerophthalmia, durities oculi, & difficilis motus est cum labore ruboreq; citra humiditatem, fouere ipsos crebro, spongiis aqua calida imbutis ex usu est. Item ouum palpebris in lecto imponitur, cum rosaceo, uel adepso anterius. Frigida, & quæ indurat, uitanda: caput uelandum ungendumq; alius ducenda. Xerophthalmia, quasi dicas arida lipsitudo, pruriginosa oculorum est sine fluore dispositio. Curatur balneis, inunctionibus & uictu probi succi: utrisq; uero communiter conuenient medicamenta acria, ut uel lachrymas prouocent, & quæ & durities emollietur, & siccitas humectabitur. Talis est Erasistrati quoq; panchrestus, & quod dicitur diceteton, item cui nomen est stratotico.

DE ECTROPIIS.

Hic affectus palpebra inuersio est, aut propter cicatricem aut excrescentiam carnis nascentis. In quibus igitur excrescentia inueterauerit, æruginem rasam torrefactam conterito & admoueto, uel plumbo usto cum sulfure uiuo

PAVLI AEGINETÆ

& loro utitor, uel utriusque paribus & aerugine & plumbbo. Nam ex cicatrice proficisciens ectropion, si in totum curare studeris, id manu faciendum est.

DE AEGILOPE ET

Aegilops abscessus est, qui inter maiorem oculi atigulū & nares sit: qui ruptus, si negligatur, usq; ad os fistulam aperit. Idem, priusquam disruptus exulceretur, anchilosps uocatur. Probe igitur faciunt glaucium & crocus una cum perdicci herbae succo imposita, crebre autem variare oportet, et nimis statim immutata uim suam perdunt. ALIVD. Allica cocta in aceto & probe trita, non solum incipientes, sed etiam in uomicam mutatos persanat, rumpit p; & usque ad os penetrat. Hoc usus non solum aegilopas, sed etiam anchilospas curabit. ALIVD. Ruta sativa una cum cinere lixiuio, qui primus distillatur, contrita cocta, & impotita, pulchre admodum aegilopas emendat. Si ad usq; os permeat initio erodes postea non ita ut minimum est, quod ne cicatricem quidem inde coram hoc praesidium teninet. ALIVD. Cuschreas cum testis suis tritas imponito. interdum aloë, uel myrra admista praesidium hoc ante quam aegilops in pus uertatur, & postquam ruptus fuerit abscessus, en desiccatur. ALIVD. Cum manus opera aegilopa & anchilopa aduris, hoc utere cataplasmate: Lenticulas de coquito, & cum melle utitor: ubi crux exciderit, quam excipiens, liquida terebinthina utitor in modum eni plastri. Hoc enim & purgat, & carne replet, & cicatricem inducit.

DE TRACOMATE.

Trachoma asperitudo palpebratum interiorum est: harum intensio, ut ueluti incisuras habeat, sycosis à fici similitudine appellatur. Cum inueterauerit uitium calzlosq; contraxerit, tylosis uocatur. Collyriis igitur utendum est, tum eo quod ex uino, tum quod ex duobus constat lapidibus, ipso que hematite lapide, ex aqua los

20 uehementer palpebræ abstergentur: harmatio; & cū
cygnarii modico. Ad hæc diacroni collyrium pâthos
psorophthalmis efficax est palpebræ citra exulceratio
nem inuersè illitum. At si durior callus his non cesserit
remediis; palpebra inuersa pumice raditur; aut sepius re
sta; aut foliis sici; aut etiam instrumento, quod à palpe
brarum rasura blepharoxistion Græci appellant.

30 IUDICIA CHALAZIIS.

Chalezion, otiosi humoris in palpebra colluviis est, in
quæ ammoniacum acetō detritum simul cum gallico
inungitur. facit etiam terebinthina pariter cum cerato
excepta.

DE CRITHE TUBERCULO.

Crithe, partulum abscessus: tuberculum, oblongum,
palpebræ cilio obueniens. Id cera alba foueri opinet
reliquum corpus, uel musca capite amputato inficat,
uel hordei diluto perfundit.

AD PALPEBRARVM PEDICVLOS.

Expurgatis prius pedicillis, marina egeïda palpebras
colluere oportet. Deinde medicamento subscripto ei
lum attingere: aluminis leisci partibus duabus, herbz
pediculariæ parte una, tritis utitor.

DE MADAROSI, VEL MILPHOSI.

Hic affectus palpebræ pilorum defluvitum est. Ad quod
cura prius inuersi corporis habita smegmatis utere, qui
bus ab honestandis palpebris nomine est calliblephara.
Terræ ampelitidis, croci gallica; ladani, singulorū pari
portioē cōrita utitor. ALIVD, Stymmeos tosti lotiq;
drachma, plubi cōbsti & eloti drachmis quatuor, cro

thias consiliarum tumor duritatem præferens,

DE VVA

Vua si inflammationem experitur gargarizandum ex
iisdem, quæ consilij inflammante postulant, & medio
25 criter astringentibus, qualis est mali Punici succus per
cochlear, uel instrumentum, quod ab una attollenda sta-
phileparton appellant, subiectus, tum per se, tum cum
melle assatim cocto: uel dulcis radix, mali Punici suc-
cista, proficit etiam succus dulcis radicis cum melle illo
30 litus, iam hæmatites lapis uuam reprimit, & phrygius
combustus, & ageratus, item ex lapide phrygio medica-
men ad pudenda inscriptum. His adduntur terra famia,
erethrias, sinopis, lemnis, ompfacium, per se & cū hos
rum aliquo. Item spinæ Ægyptiæ fructus salumen scissi
35 le, rola uero, & semen, & folia leniorei effectum præ-
stant, præterea gummi, tragacantha, sarcocolla, amy-

PAVLITÆGIN ETÆ

lum: quibus utendum dum magis una prematur ab aliis stringentibus constricta ubi crassior in rotunditatem creuerit, quod uitium iam uiam propriæ dicunt, gargarizationibus eluenda, & ex myrrha, & croco, & iunco odorato anguloso. Contusiones autem cauendæ sunt. ob quod pinna potius perungere conuenit. compositum uero hoc utile est, rhus syriaci drachmæ octo, croci drachmæ quatuor, costi drachmæ octo, rosarium seminis drachmæ quatuor. Præterea gingiuis benefacit, linum ex purpura murina, quod uiperæ collo circundatum ipsam strangulauerit, deinde circumadigatur tonsillis, & colli uitiosi mirabili quodam modo opitulatur, ut Galenus author est.

AD SANGVINIS EX ORE
PROFLUVIUM.

Marrubii folia tunsia imponuntur, uel spongia recens in picem crudam mersa comburitur, in puluorem coacta admodum utile est remedium. Item os, perluere rosis siccis, aut uiridibus. Ad hæc decocto frigido, uel pampinorum uitis, uel lentisci foliorum, uel ruta, uel malorum cydoniorum, uel rosarum, uel uvae acinorum, uel lenticularum.

DE ANGINA EIVSQUE

Speciebus, ubi etiam de strangula
tis, uel alio modo suffoca
tis agitur. Cap. XXVII.

Angina, quæ musculis fauicium. *Interioribus inflammatis accedit, synanche Græcis appellatur;* quæ exteriis, parasyntane. Eodem modo modo & in gutture habet: cuius si interiores musculi in inflammatione conficitur, cynanche: si exteriiores, para-cynanche. Hæc enim comites notæ sunt, spiritus recta ceruice uix trahitur, non nullis febricula oritur, faciei rusbor, ceruicisq;. Ad hæc tumor etiam in quibusdam superuenit. Aeger ore conniuet, cibum non deuorare, nō potionem potest. Cynanchicos uero strangulatus quo-

- que interdum securus est. Pueris raro talis affectus obo
ritur, nisi cum ceruicis uertebræ affectæ loco excidunt.
Verum illis ceu curationem nō recipientibus, ac deplos
ratis, matrum admoliri non oportet. Reliquis autem
5 sanguis protinus è cubito mittendus est, sed non uniuers
sim, uerum pluribus interpositis uicibus euacuabitur. q[uod]p
pe cumulata, uniuersimq[ue]; facta uacuatione, anima ipsi
deficiente, suffocationis periculum superuenit, dum ma
teria in affectam partem collectim prorumpit. Si g[eneris] hæc
10 parum proficitur, eas quoq[ue] uenas incidere conuenit, q[uod]
sub lingua sunt, uel ipsa quoq[ue] lingua scarificanda, si tue
gens magis exercitur. Alius actiore clystere subduci de
bet, pedes, aqua calida foueri, extremæ partes ualide de
ligari, collum lanis succidis, uel etiam oleo imbutis con
15 tegi, crudaq[ue] polenta, quæ Græcis $\omega\mu\lambda\upsilon\alpha\tau\alpha$ dicitur,
gargarizandum per initia ex iis, quæ in tonsillarum in
flammatione dicta sunt, uel eo medicamento simplici
quod ex moris est, cum rhus decocto. Potius autem
est quod sylvestribus motis conficitur. Deinde & com
20 posito, quod hora recipit, uel eo quod ex mucibus pin
guibus perungitur. Cum morbus uiget, conficitq[ue], & nf
tri momentum admiscendum est, aut fulfus uiui, nisi ag
crimonia quædam prohibeat, item sterlus caninum ari
dum contusum, & cum melle peruertum, præstantissi
25 mum est remedium. Atq[ue] huius generis album maxis
me, tum sylvestrium hirundinum similiter cinis efficax
est. Si malum longius prorogatur, etiam perunctione
diabesala, utemur, nunc uires ipsius remittentes, aliorum
miftura, nunc iterum intendentes. Cucurbitula quoque,
30 uel hirudo sub mento, & circa cœtuicem admouetur.
tum commodum gargarizare, ex ualentioribus, iride,
hyssopo, melanthio, abrotano, dulci radice, siccis pingui
bus in mulsa decoctis, uel ruta succo cum lacte, uel fina
pi cum oxymelite. Si autem hæc quodammodo actia
35 percipientur, oleum ipsis quam optimum calens exhibe
tur, aut rosaceū per se, aut cū cremore pisanze, aut

PAVLI AEGINETÆ

¶ enugrazi gargarizandū. Cibus sit triduo aqua mulsa,
inde pīlānā tremor cum dulci quadam potionē, deinceps
& ouorum lutea per liquida, ac sorbitiones ex chon-
dro, ubi deuorare melius cōperint. In summa, cibi egri
uiribus respondebunt. Cum morbus cōperit inclinare,
ægrī deambulationibus & balneo credentur: pars affec-
ta cerato ex oleo tutaceo operetur, reliquaq; uirium
recolligendarum ratio, ut par est, adhibebitur. Portò ex
strangulatis, quibus spuma fam circa os emanat manus
ad moueri non debet: si Hippocratis consilio acquiescī-
mus. Alii uero uitæ restituuntur, aceti infusione & pipe-
ris, uel urticæ fructus in aceto triti acerrimo. Verum qā
ægre magnoq; negotio afflumunt, compellere eos rati-
o est. Simulatq; uero colli impedimenta dissoluuntur,
statim sursum respicunt & anguntur. simili modo in his
qui naufragium passi sunt. Summatim in omnibus
qui suffocantur. Nam ita horum calor recreatur re-
focillaturq;.

D E G R A V E D I N E, D E

stillatione, raucitate, & tusi.

Cap. XXVIII.

Communis est omnibus uitis, excrementis hu-
moris ex capite in subiectas partes descensus:
si in narē decumbit, & per eas defluit, *κορυ-
ζα* Græcis grauedo Latinis malum appellatur: si per pa-
latum in fauces, simplici uocabulo *κοτόπος*, nobis des-
tillatio: si in guttur & asperam arteriam destillet, ut mē-
branam interiorem quæ hanc integrat, exasperauerit, rau-
citas tunc sequitur, uocaturq; malum græce *λεπτόχος* &
λεπτόποντος. In quibus non solum ex capite, sed etiam
uehementi clamoris conatu, & spiritus inspiratu frigidii,
asperitas contrahitur, inflammationem repræsentans. Si
morbus non finitur, fluxioq; in pectus pulmonesq; in-
gruit, tussis oboritur ipsi maligna ac contumax. Quæ
& propter intemperiem subinde accedit, interim calidā
ut in febribus: interim frigidā, ut aquilonis diebus, eaq;

magis sicca est. Iam uero aliis quoque morbis tussis non
nunquam superuenit: uerbi gratia, pleuriticis, iecoraritis,
phthifacis, pulmonariis quare Galenus in diuturna tussi
grandines quasdam ex pectori educi memoriae manda-
uit. Alexander autem calculum quendam grauem, quas-
lis in meatibus urinariis nascitur, post longam tussim ex
pulsum, ac inde illam quoque cessasse prodidit. Porro
nos in sanguinis eruptione calculos excemi uidimus,
quemadmodum cum illuc peruentum erit, exactius cō-
memorabimus. Quod igitur ex aestu grauedinem, uel de
stillationem concipiunt, his particulae incalescunt, acrius,
tenuisq; humor destillat, tum per nares, tum per os, tum
facies rubescit, & nasus. Qui ex frigore, si caput undiq;
& frons distenditur: meatusq; quos à colo ethmoides
uocant, clauduntur, ne vox deorsum per nares transme-
et: si longius malum trahatur, tussicula quoq; affigit,
puncta educit, nunc cruda & liquida, nunc uiridis.
Quibusdam & febris superuenit, quae ob aestum la-
borantes nihil iuuat: frigore pressis, etiam concoctio-
nem efficit.

CVRATIO DESTILLA-

tionis & grauedinis,

Vbi calida præpoltet intemperies, iis pugnandum est
præsidii, quæ dolori capitis ex tali causa contracto con-
ueniunt: balneo utendum est, caput aqua copioso re ca-
lida perfundendum. Cibi uero his proderunt ad sorbie-
tionem aptati, oua sorbilia, amylum, lumenalia, quæ itria
dicuntur, sesama neonon amygdala, item fructus coni:
& quæ ex lacte sunt bellaria: uina dulcia, non uetera: me-
dicamenta diacondion linetu assumptum, & quæ his
congruunt composta auxilia. Quod si frigida intem-
peries afficiat, & morbus contumax sit, modico uten-
dum cibo est, caput calefacientibus subtilibusq; nardis
no, gutaceoq; debet perungi. Itinum uero non solum
illinitur, sed etiam naribus instillatur: quæ intus thure, &
myrra cum oleo perunguntur, præsertim si perficitio

PAVLI AEGIN ETA

grauedinem ererit. Alios lacinez panniculorum com-
bustæ, uel melanthium, uel cuminum ustum demissum
q; panniculo reficit. Iam cyphi selenicum, id est lunare,
olfactum prodest, frō iq; illūtum, cui simul unum ex em-
plastris, quæ inflammationem arcent agglutinabitur. Ex
empli gratia, Icelium, uel Oxera, uel Barbarus, uel Athē-
na ad destillationem ex frigore ortam & cyphi potus
utilis est. Thorax autem balsami liquore per lanas succi-
das superillinitur, idem styrace & irino, uel anethino cir-
cufouetur. Cibis calidioribus & ad concoctionem
promptis uti commodum est, ubi fam materia conco-
quitur, medicamen quod pituitam per os educat, ido-
neum erit, tum capit is megmata, nempe Constantini sa-
po, atque eius generis consimilia.

R A V C I T A T I S C V R A T I O.

Raucitati, quam arteriacum & branchiū appellauimus,
competent quidem superius comprehensa, uerum pri-
uatim ubi arteria & guttur inflammationem experitur,
emplasticis, id est, obstruendi meatus facultate præeditis
per initia uteatur, donec inflammatio remissior euase-
rit: illiusmodi uero sunt quæ ex passo creteni, tragacan-
tha, gummi & amyllo constant. Item pinguium palmu-
larum decoctum, & dulcis radicis cum sapa, donec mel
lis spissitudinem conquirat. Item compositionū, quas,
quod sub lingua teneantur, *μυλονίδας* appellant, us-
sus est. Ante omnia unum hoc tempore circuncidendū
postquam inflammatio moderatior fuerit reddita, unū
dulce assumetur, tum confecta ex melle, lacte cum amy-
lo, uel pane silagineo. Ad hæc sorbitiones ex amygdal-
is, butyrum q; utile. At si humor in particulas se recepe-
rit, transfundum est ad ea quæ ualentius abstergunt, cu-
siusmodi est faba cum corticibus suis elixa, & quæ ex
melle præparantur. His adde brasicam & porra probe
cocta: medicamenta uero calidiora & ad tussim accō-
modata prosum, quæ constant sapa fici pingnibus, thu-
re, iride, terebinthina, styrace, galbano, pipere, cinamos,

mo,casgia & his similibus.

D E T V S S I.

Tussis quoque eadem ratione curanda: hoc solum in spicitur, num & aliae particulae condolecant: uerbi gracia, an gurgulio destillet, uel caput, aliis ne morbis confricetur. His ubi quam fieri potest optime erit prospere dum, curationem moliere, quemadmodum à me comprehensum est, diceturque in posterum. Compositorū uero remediōrum scriptura, deinceps subiecta est.

C A T A P O T I A A D D E

stillationem infauces

& tussum.

Styracis, myrrae, opii, galbani singulorum pates portiones passo excipiuntur, uel priuatim in pila contunduntur, & ad magnitudinem erui terna, quaternave aut quis na, noctu dormituro dantur: passum q; sibi bibitur. Hæc ad acrem tenuemq; fluxosten ualent.

A L I V D. Alterci seminis drachmæ duodecim, nuscleorum pineorum drachmæ sex, croci drachmæ duæ. sapo, uel passo in usu excipiuntur.

E C L E G M A.

Mellis pondo uncia, butyri pondo semuncia, simul in cocta exhibentur: item ex hyssopo, sicibus, nuclei pineis, & iride decoctum sorbetur.

C A T A P O T I A A D V E T E

rem tussum accommodata.

Styracis drachmæ sex, myrræ drachmæ duæ semi's, rebinthinæ, galbani, opopanax, iridis, singulorum drachmæ duæ piperis atbi, nitri, seminis alterci, lachrymæ papaueris, singulorum pondo drachma, sine ullo liquore in pila tunduntur, & catapotia formantur: utior uel prædictum est.

A D A S P R E D I N E M G V T T V R I S,

tussum & sputum cruentum.

Amygdala amara, quibus cortex sit detractus usq; lignificat, semi's lini torrefacti drachmæ quatuor, tragacathæ

PAVLITÆGINETÆ

drachmæ duæ, pini nuclei triginta, oui in adipe cocti lu-
teum. Tragacanthum, aqua maceratur. Totum uero pas-
so excipitur: si uero & sonus uocis fuerit oblaesus, mel
misetur in pasti uicem, & præsertim in quibus educi
ex gurgite aliquid oportet.

ARTERIACE Q VÆ Q VOD

sub lingua teneatur hypoglossis appellata, facit ad abscisionem uocis,
rauitatem, item ad eos qui
ægre reiciunt, anapho-
ticos Græci noiant.

Tragacanthæ drachmæ sex, gummi tantundem, myrræ
thæ drachma, thuris dra- hma una semis, piperis alba-
grana uiginti, croci drachma una, dulcis radicis succi
drachmæ sex, phœnicobalanorum trium caro, pasti cre-
tici, quantum sufficit. Atq; succus tragacanthæ solus ip-
se sub lingua loco dulcis radicis luci retentus. Eiusdē
decoctum dum spissitudinem habeat quadruplum
inditur.

ARTERIACE AD ABS CIS,

sum uocis sonum conuenit, &
eius claritatem.

Porta sex coquito, dum tabuerint, atq; ipsa proscito, ju-
ri ipsorum succum alicæ admiseto, mel & ouorum pri-
us decoctorum lutea tria simul incoquito, circumagli-
tans anethi rudicula.

COMPOSITIO AD TVSSIM,

Græce bechicon appellatur.

Pulegii pondo sextans, nucleorum pineorum, cnici ses-
minis, limi feminis, singulorum pondo uncia, piperis cos-
ti pondo triens, melle cocto excipiuntur. ALIVD.
Hyllopi, pulegii, piperis cocti singulorum uncia, petro-
selini semuncia, mellis hemina.

MEDICAMENTVM TVSSIM

veterem concoquens.

Mellis denarii sedecim, terebinthinae denarii duo, gal-
bani

Vide an-
seleuncia
legendū
ut.

LIBERITERTIVS.

bani denarii quatuordecim. Vbi simul fuerint insecta,
orbiculi singuntur, circa fabę magnitudinis, nucisve aul
lana atq; ex his delingitur. A L I V D. Aridam tussim
curant tum arterica medicamenta, tum aqua nonnunq;
feruentis sorbitio, nam dum propter pituitae crastitatem
non excreant reisciuntq; humectantibus aliquantulum
iuuantur. Ceterum conuenit ipsis etiam hyssopi, iridis
& pinei nuclei decoctum.

PASTILLVS AFVMO DIC

tus capnitos, ad tussim continuam.
Styracis, piperis, mastiches, petroselini, singulorum uno
ciam, sandarachæ scrupulos sex, baccas lauri duas. Melo
le excepta in carbones proposito fumumq; excitato, ut
tussiens hunc per infundibulum aspiret, conuenit & qua
lemcumq; perfrictionem expertis.

DE ORTHOPNOEA, SVSP

Irio, & spirandi difficultate. Cap. XXIX.

Quifebis expertes, crebro ueluti à citatione cue
su respirant, ab accidenti quod superuenit, nos
stris suspitiosi, Græcis *ασπαντοι* appellantur,
iidemq; quod strangulari metuentes, sub recto peftore,
toto respirationi incubant, orthopnoeici dicuntur. Crea
tur h o c mali dum fistulosæ pulmonum cauernæ crassis
glutinosisq; humoribus fuerint infarctæ: spirandi autē
difficultas communiter & his & aliis compluribus affe
ctibus superuenit. In curandis suspitiosis huc omnis cu
ra dirigenda est, ut per extenuantia abstergentiaq; medio
camina glutinosus humor & crassus absumatur. Acetū
igitur ipsis conueniet scillites, & oxymelitis ex ipso præ
parati potio, ipsaq; scilla tosta tritaq; cum melle. Ex an
tidotis hiera, & purgatio continens ex ualidissimis me
dicamentis petita, à radicula uomitus, aristolochia rotū
da pota, centaurii magni radix, spödylii fructus radixq;
calaminthæ fructus, hyssopus, iris, melanthium: a selloru
m q; in aquosis & humidis agunt, sextarius in uas fistile co
lectus, carbonibus subditis frigitur: ubi candore acquisit

PAV. AEGIN.

PA VLI AEGINETÆ

erint, teruntur, & melle exceptâ mytri mensura ante cibum secundum ipsum dantur. Quod si necessitas ut geat, etiam uena ante hæc omnia inciditur, & quantum vires patientur, sanguis detrahitur, aliud clysteris irritatur. Thorax à foris sicubus & lolii farina adiuuâdus est, cui adiecta sit resina, cera & mel, tam iris & manna insiguntur. Non inutilis est & polenta cruda, cum resina, cera, iride & manna. Postea super imponuntur unguenta, quæ magis exalfaciunt, irritum, anethinum, rutaceum. Sed quod subscriptum medicamentum, huic uitio pro prie dicatum est: Punicis pars una, fæculæ quæ est uini fæx combusta, partes quatuor, auripigmenti pars una, iunc rotundi floris partes duæ, alcyonii pars una, aphronitri partes duæ. Contusa percolantur: unguentisq; excepta, thoraci inflicantur. Malagmati utendum est quæ saniem possunt extrahere.

POTIO SV SPIRIO SIS APTA.

Polii, abrotani, castorei, chamæpyteos, guttæ ammoniaci, singulorum par modus. Melle conspersa exhibetur. ALITER. Nonnulli dederunt, aphonitri cocteas rium cum tribus mulsa cyathis. ALIVD. Aphonitri dodrans, piperis drachma, filiphil drachma semis. Coschlearium ex aqua datur. ALIVD. Castorei, suffuminis ammoniaci singulorum drachmæ sex, piperis grana uiginti passo excipiuntur. Instar fabæ cum mulsa exhibetur. ALIVD. Sinapi drachma, nitr spumæ tres oboli, elaterii semioboli. Totum in pastillos octo digeritur: bini duobus diebus offeruntur, nam sine molestia supra purgant. His qui præfocantur, aphonitri dracmæ tres, cum tribus hydromeiris cyathis assumentur, ac cum car damomo nonnunquam subito auxiliantur, benefacit etiam coxendicibus.

DE PERIPNEUMONIA. Ca. XXX.

P Eripneumonia pulmonis est inflammatio, quæ plurimum ex uariantibus in eam partem distillas.

tionibus, aut angina, aut suspirio, aut pleuritide aliisve
 morbis contrahitur. Aliquando etiam ipsa inflammatio
 affectus origo est. Hunc casum subsequitur spiritus dif-
 ficitas, febris acuta & ardens, grauitas diffensioq; pe-
 toris, uultus turgidus magnam repletionem materie
 sursum ignis instar impetu uergentis, fatetur. Malae in
 his rubet, oculi intumeunt, supercilia deorsum ferun-
 tur, tunica oculi ceratoides ob cornus imaginem dicta
 in pinguedinem langescit. Cum haec signa astutum fla-
 grantiorem referre uidentur, inflammatio erysipelatis
 naturam resipiens, subesse existimabitur. In iis igitur qui
 ex aliis morbis in hunc decidunt, sanguinis detractio
 uitanda est, maxime si diu hoc in statu fuerint, uel si per
 initia sanguinem dimiserint. Verum aliis in morbi re-
 missione clystere ducenda est, si age responderet: aut cu-
 curbitulae, ubi nihil obstat, pectori, & lateribus admoue-
 dae sunt ex; per grandes, & multae, cute incisa. Sin autem
 peripneumoniae affectus statim ab initio inuaserit, san-
 guinem mittere, si uires id permittant, ex usu est: sin mi-
 nus, cucurbitulas certe defigere: quibus tantum elicetur
 sanguinis, quantum uirtus patitur. Quod ad cibum ue-
 ro attinet, danda est sorbitio ex ptilang cremore & cho-
 dri cum melle, uel ex amaris amygdalis cum similagis
 ne, aut chondro dulci quadam potionē admista, hydro-
 melite, uel apomelite, uel hydrorosato. Recete sumitur
 & recens butyrum, cochlearibus circa tribus. Propinas
 tur autem ipsis ficium cum hyssopo decoctum, uel iris
 dis in mulsa cocta, uel leuigatae instar duum cochlearium
 mulsa insperforum. Hoc itidem, ab inferioribus parti-
 bus expurgat. At uirtutis tuendae gratia crebrius potui
 assumetur mulsa per se & cum nucleis pineis, ac cucur-
 bitulae uniuerso thoraci lateribusq; agglutinabuntur.
 Ceratum uero cyprinum quod contineat iridem ada-
 giam, imponetur, uel ceratum ex rutaceo oleo, & iride
 sicca, uel medicamentum ex cera, resina, medulla, buty-
 ro, hyssopo, iride sicca, & nardino unguento.

PAVLIA EGINETA

DE CRVENTIS SPVTIS.

Cap. ob XXXI.

CRVENTUM SPUTUM si uiolenter disrupta uena
commercia excitarint; magna sanguinis profus
io comitatur. Et quidem rumpuntur illa moy
do manifestiore ex causa, ut alto delapsu, clamore &
consumilibus modo ex occulta, veluti plenitudine, aut
frigore immodico, nam id ueniis rumpendis esse habis
se scribit Hippocrates. Si uero ex ea parte, aliqua sputum
eruentum editur, non confertim sed paulatim sanguis
reieicitur, sic ut acres quidam prauiq; cibi, uel inedia, uel
acris ex capite in pulmonem destillatio praecesserit. At
si os alcuius uenae adaptum sanguinem emitat, nul
lum quidem ex praedictis, praterq; plenitudo interdum
praecedit, sed uictus humidior calidiorq; balnei immo
derati usus, calidi nimis loci inhabitatio morbum face
re uidebitur, ut neq; inflammations, neq; febres labo
resve torserint: sicut in iis euenerit qui ex eo uenarum cor
pore d^act^o sanguinem expuunt. Imo co
tra leuius faciliusq; agent (ut uerisimile est) evacuati. At
si haemorrhoides, aut mulierum menstrua, non respons
derint: etiam periculis erumpens sanguis subtrahet. Idē
uero hic pariter iis qui plenitudinis causa per rupturam
vacuantur, sat ad ualeudinem proderit, nisi ex ulcere,
aut immodica vacuatione noxam senserint. Quæ ue
ro exesis uasorum tunicis sanguinis sic evacuatio, nunq;
commode cadit, facitq; ualeudini. Quod si per uom
tum excreetur, clarum est eum ex stomachi aut uentri
culi regionibus procedere. In quibus & per anum pro
ritatus nonnunquam vacuantur. Tussis sanguinem extun
dit ab instrumentis respirationi dicatis. Iam uero si spu
mans & subalbidus ex interuallo q; relicitur, ut dolor
abst & presio, ex pulmone ferri notum est. In quibus
temporis spatio, febris sequetur continens, partibusq;
quibusdam potissimum corrosis, non nihil etiam pulmo
nis substantia, aut gutta, aut uena egeretur. Notus cere

re quidam mihi est ex iis qui sanguinem à pulmone
reliciunt, temporis processu maxima cum tusi & san-
guinis copia, calculos, quatuor aut quinque expulse aspe-
ros tribulorum modo, ad magnitudinem & cicerum
trium aut quatuor, ac deinde dolore leuatus est: paulo
post tabe consumptus interiit. Porro si pituitosa cū tuis
si leuiore, vel sputo quoque edantur, eaq; spumosa les-
uaq; ex aspera arteria prodire scito: si atque sanguis &
in grumum concretus fuerit, doloremq; in loco inten-
dat, ex thorace educi significatur, per pulmonem artes
rianas ve translatuus: qui uero cum sputo, ex faecibus per
palatum eductur. Ceterum si quando à capite destil-
let, cum irritatione quadam & tusi editur, ut qui ad gut-
tur defluat, iterumq; sursum feratur, horum causa pri-
ma est, acris plurima ex parte destillatio, uel capitum
dolor, uel grauitas. Accidit autem nonnunquam per
palatum sanguinem vacuari, & propter hirudinem des-
uoratani, & alicui indidem particula adhaerescere tenet.
Verum de hac in libro de uenenis retractabitur.

C V R A T I O.

Quibus destillatio cruentum sputum concitat, uena
protinus debet incidis, nisi uehementer acris humor des-
tillauerit, ac pro uirium modo sanguis detrahi. Extre-
ma deligari, oleoq; ueteri calido, uel sicyonio prates-
sus aliquius austeri adiecius sit. Verbi gratia, Malis gras-
nati, pitorum, pomorum, uel illa eadem simul incoqua-
tur. Dormitur ex pastillo dia electru datur, tertio die
mellis cocti momentum delingitur. Quod si morbus
longior hoc uicerit, capiti detenso medicamentum,
quod ex simo sylvestri columbarum constat, im-
ponis, & tribus horis interpositis, balneo ægrum com-
mittis, sic ut caput nequaquam inungatur. Deinde ubi
sorbitionibus alueris, somnum capturo, theriace antis-
dotum datur iterumq; deinceps. Similiter totum
corpus, præter caput perficitur, huic autem ceratum

* Hoc uer-
bi græce
nō est sed
couilio
tale quid
deesse

PAVLII REGIN ETATI

ex taspia aut aliud quoddam iniicitur. Et rursus citendū
 sorbitonibus. Quod si malum in uetusatem incidit,
 cucurbitula occipitio defigenda est. At si acris admodū
 fuerit destillatio, sanguinis detractio caueri debet. alime-
 nis autem & præsidiiis iis tum quæ supra, ubi de destilla-
 tione egimus, comprehensa sunt, tum quæ mox dicen-
 tur, utendum. Qui ob frigoris iniurias sanguinem spu-
 unt, thorax illis fouendus est remedis, quæ calfaciunt,
 ipsum & desiccant: quod præstat medicamentum dia-
 dyo pepereon, id est, quod duplo pipere constat, una
 cum pastillo diaelectru exhibitum. At qui disrupti spi-
 ritus officiis, aut oris uenarum patefactis, sanguinem
 reiuncti, uenam iis secare conuenit, nisi sanguinis copia
 prorumpat. omnes autem quos hoc uiri premit, locis
 aeri expositis decubent, lecto immobili figura subli-
 mi, cauentes ne uehementer respirent sonumq; edant,
 imponendaq; extrinsecus supra id quod dolet, spôgia
 ex tepente posca. A septimo die lana succida cum rosa
 ceo, uel myrteo, uel lenticino, cui interim acetum, inten-
 situm uinum austерum sit additum: si copiose effertur, fa-
 rinæ polinem, & mannam cum acetō super accomo-
 damus, uel alium, uel acaciā, uel malicorū, uel gal-
 lam cum acetō, uel palmulas cum polentis & malis cy-
 doniis in uino austero decoctis. post hæc autem & em-
 plastrum ex salicibus iniiciendum, præsertim ubi mode-
 rator sanguis fertur. Per os autem hæc sumpta profi-
 ciunt: portulaca commanducata, benefacit, efficacior
 autem, succus ipsius epotus balaustium, rubi fructus &
 flos, roboris fibrosum, & quod sub glandis cortice est.
 maxime uero cocto ipso utuntur, fagi & ilicis, præstan-
 toria sunt, rheum, samia terra ad omnem sanguinis reie-
 ctionem. Item lennia sphragis, lapis haematites in tenui
 issimum pollinem detritus cum succo mali punici, uel
 polygonii. pondus autem lapidis erit scrupulus unus.
 Composita medicamenta hæc proficiunt: pastilli dia ele-
 tri, dia coralliu, & qui ex spina ægyptia conficitur,

Item aridum compositum ex terra samia, lenia sphragide, corallio, symphyto, amylo omnibus pari modo. In his autem qui corrosis partibus expuant sanguinem idq; potissimum, ut destillatio præcesserit, & opii partē semissim adiutorius. Insuper medicamentum his facit, quod samiae terræ, agerati lapidis, leniae sphragidis, & quas portiones capit: duobus cochleariis potum ex duobus arnoglossæ luci cyathis. A L I V D. Lemnis sphragidis drachmas sedecim, samiae terræ drachmas octodecim, amyli drachmas octo, sarcocollæ drachmas quatuor, gummi drachmas duas, aridi, quod xerion medicamentum dicitur, cochlearia undecim, *Vulgatū cum decocti palmularum cyathis duobus. Sorbeant exemplar autem poscam frigidam uel palmularum, uel pomo-
rum, uel pirorum uel pampinorum uitis, uel eiusmodi chleare cuiusdam decoctum. Cibum sument, si uires requirant, ad secundam tertiamve horam: fin minus, circiter quaque tam. Panis sit lotus ex aqua frigida, uel alica, uel chondrus cum quodam succo refrigerante, puta mali grana-
tati, uel myrti uel omphacomelitis, uel oua sorbilia, uel aliquod ex lacte bellarium, cum quodam astringente. Inter olera feris, cichorion, arnoglossa cum oleo immatura aceroq; incœcta. Ex fructibus fugacibus poma, pio-
ra, mespila, malum granatum, corni fructus: potus erit, si febris careant: unum aquosum, modicum: si febris adest, ex prædictis quædam potio, uel hydromelum clari bariticum. Porro qui uomunt sanguinem, iisdem sustenandi sunt, sola hac cura adhibita, ne crebro cibum su-
mant: quippe ex facilis curantur, quatenus auxilia etiam quæ bibuntur particulis ipsis sanguinem fundéibus ex aduerso applicentur. At sanguine in ventriculo grumi instar concreto, coagulum potadum est, maxime lepo-
rinum, aut lxiuum ex sicu cū aqua, uel thymū, uel thymo-
bra cū aceto, uel etiā ex lacte scisili uacuari debent, aut
ex aloë. Rursus qui per palatū sanguinē excreant, garga-
sizabūt ex astringēibus, frontiq; & capitū admouenda.

O illi

PAVLI REGINETÆ

Sunt quæ ex naribus sanguinem fundentibus accommodatur. Hæc eorum qui sanguinem expuunt curatio est; quam summa obite cura conuenit propter immens ex immodica uacuatione periculum: siquidem copiose uacuatus sanguis quemadmodum in his qui ingulantur mortem infest præsentaneam: si affectus remanet, in tabem transire minatur. Postquam igitur omnia, ut postulat ratio, peracta fuerint, & sanguinis fluo substiterit, uires ipsi nutriendæ sunt roburq; adhuc bendam, ac pisces & recentium porculorum petuniæ culi ac cerebella huc faciunt: corpus perfriscari debet: inimica sunt balnei frequens usus, & uini posito, ira & uensis.

DE PURULENTIS ET TABE
quaæ phthisis dicitur. Cap. XXXII.

Purulenta excreatio quam Græci empymæ nos minant, in uacuis thoraci regionibus, uel membra brana quæ costas succingit, colligitur: interim propter sanguinis eruptionem, ulcere ad cicatricem non perdueto; quod etiam tabes statim comitatur, si ex pulmone fiat reiectione: interim ex inflammatione, ubi abscessor, ruptaque, fuerit: quemadmodum & in laterum doloribus, quam pleuritidem uocant: uel propter consluxum & capite manantem. Haec nota: pus collectum testantur, grauitas pectoris, tussis ualida, siccacque cum dolore, aliquando etiam cum humiditate ob quam relatu quoque uidentur, febriculae per initia affligunt, languide, inordinatae, & ad iudicandum difficiles. postquam uero abscessus ad uomicam inclinauerit, uehementius cum quadam horrore febricitant, ac in sermonis proprietate conturbantur, offendunturque spiritu. Rupto abscessu, pus educitur, nunc purum, nunc foeculentum, non nunquam sursum abscessus enumpit: quod à ēt periculosior est nonnunquam infra. Atque ea quæ inferius tendunt, partim in uentrem & intestinum transflumuntur, partim in uescicam traductione per uasa quædam administrata,

semper autem febri heftica laborant, quoad sursum omnia fuerint educta. In quibus nisi summa adhibeatur diligenta, protinus saniosa illa collectio, tabem accersit, dum pulmo exultationem sustinet. Similatque vero phthisis confirmata fuerit, genae liuescunt, sudores in fratre, ac ceruice defluunt, carnes consumuntur, ungues carentur, pinguesque exalbidi, uel pallidi apparent. Malo iam uincente, uenter turbatur, praecordia sursum conueluntur, sitis ipsos magis conficit, cibisq; fastidium urget, & id quod sursum uergit uehementer, foedi odoris est.

CVRATIO.

Primum igitur puris concoctione adiuanda est, somenstis per spongias, & cataplasmatis, ex hordei farinis cum fiscis pinguibus incoctis, resina modica, columbaum si mo, nitro, & hebsco. Rupturam uomicæ promouet etiam sani lateris incubitus, mulsa autem sorbitio interposito tempore, & ptisanæ tremoris cum melle. Valentiores bibant decoctum quoque hyssopi, & thymi cum melle, opitulatur ruptura, & fallorum elus, & catapotia hiera diaocolynthidos dormituro data. At ubi pus excerni coepit, iterum dabitur hyssopi, iridis, & dulcis radicis, decoctorum in mulsa dilutum, uel dulcis rascicula cum sisamo detrita. Item polleni, mulsa & oleo incoctis superaccommodatur. Quod si ulcus curatio nis sit rebelle, composito utendum est, puta medicamento ex marubrio, simplici & composito, item eo quod eruis constat, necnon dodecatheo & phyloxeno appellatis. Verum in tabem quæ phthisis dicitur incidentibus, porra capitata, quæ chondri & ptisanæ jure contabuerint, exhibentur: qua simul per se bis cocta offeruntur. Potus aqua coctis erit, atque mulsa inde confecta. Extrinsecus applicantur per initia, ubi conquerit malum, cataplasma ex semine lini: & pollinis decocto, flos rugraci, uel maluæ, olei, mellis & foliorum altheæ. In de tempore quadam intermisso, ad cerata ex butyro, cypriño, laurino, & iride transitus est, quin & emplastris

PAVLITÆGINETÆ

Mnasei usus conductit. Verum si thorax fluxione infestetur, medicamentum ex salicibus confectum recte imponitur atq; superius in purulentis simplicia dicta, nonnullaq; composita ipsis propinatur. Tussi uero grauius affigente, thymum, hyssopum cum succo radiculæ dulcis melle dilueto excepta, formataq; sub lingua tenenda dantur. Cæterum conueniet ipsis & antidotum Mythridatis diebus intercedentibus: sic quod uiperis constat. O; timum uero auxilium est, & boli armeni: poto. Item Esdræ antidotum, nihil prædictis minus proficit.

DE LATERALI DOLORE,

qui pleuritis dicitur. Cap. XXXIII.

Pleuritis qui nobis lateralis dolor appellatur, prie inflammatio est membranæ, quæ costas sue cingit. Huic accedit spirandi difficultas, tussis, febris continua, dolor à summa humerorum compage, ad extremas costarum cartilagini per inens. Sed pleuriticus morbus à iocinoris inflammatione, in qua etiam omnia modo comprehensa apparent, his notis discernetur. Illi namque dolor punctilis adest, tussis allâs secca, cum & crudus morbus significatur, aliâs cum sputo, qd humoris qui morbum facit, index est. Rubrum siquidem & cruentum editur, cum sanguis superat. Flauum uero & suppalidum, cum flava bilis: quemadmodum rufus elbum, & leuiter spumosum, cum pituita, ob melan cholicum succum nigris: pulsumq; durum & serratum modo asperum obtinet. Iocinoris autem inflammatio, neque punctilis dolor, neque pulsus adeo durus superuenit, uerum tussis perpetuo secca & quæ nihil es molitur, male habet: facies colore, decoremq; amittit. At quibus laterum morbi ex musculorum exteriores tum inflammatio creantur qui propriæ pleuritici non sunt, ita sine tussi, sine sputo, ac pulsus duritate, tactu leniter locus affectus indolescit: atque si tumor purulentus non fuerit discussus, ad exteriæ post sectionem pro-

nimpit, cum pleuritis quæ inflammationi membranæ costas integentis, fertur accepta, eo non euadat. Illa namque, nisi uel extra, uel intus, purulenta colluvies, empyes, ma dicunt expurgeatur, multo citius in peripneumonia am degenerat.

C V R A T I O.

Itaque si dolor ad lugulum usque peruenit, remedium est sanguis dimissus, si autem ad præcordia descendat purgatio. Recentes autem omnibus uenam incidit, ueniti, ut opinor, turbationem, quam purgatio solet accersire. Quod si uiires non patientur, neutrum facere oportet. Clysteribus acribus utendum; post illos, si dolor fuerit tolerabillis, aqua muifa, & ptisanæ, uel chondri cermor propinari debet. Vbi morbus inclinauerit, porrū tremoribus recte iniicitur, uel calamynthæ, uel pulegii, uel cnidi semen, cum melle delingitur. Porro uehementes dolores à corporis uacuatione leniendi sunt lana calente, aut sulphurata imposita, aut etiam fomentis ex milio, aut furfure per sacculos adhibitis aut ex aqua calida aut oleo in uescula. Lanasq; succidas imponere utile est cum oleo & uino ex marina preparato. Vel sal iniis cere, uel cataplasma quod seminibus constat ex discoco to chamæmelli, altheæ, uel ficorum pinguium, iridis, absinthij, mellis modico cum oleo nardino. Quarto die cibæ erunt sorbitiones cum mellis momento, à septimo autem linætus ex amygdalis, & cnidi semine, melle con tritis dabitur, uel eclegma quod ex butyro & melle coctum est, utendumq; medicamento ex melle cocto, quod quia sub lingua tenetur, Græci uocant hypo glottida. Epithemata conuenient tum quod à grasil odore dyodes nuncupant, tum quod constat fam pñcho. Item emplastrum pereganera dictum, locis dolentibus utiliter accommodatur. Præterea ad curationem bulbi cum axungia cocti frequenter fues runt abunde. Aluo iniici debet ab inferioribus partibus medicamen, ex butyro & terebinthina. At

PAVLI AEGINETAE

efficacius elegma est ex fructu piceæ, amygdallis amaralis, lini semine, nucleo pineo, & amylo æ qualis portione cum melle. Quos torquent uigilie, medicamen ex passuere salubriter delingunt. Ex antidotis &c Athanasia, & aliis ad hoc compotis utemur. Post quartum decimatum d'iem, si malum remanet, cunctibulæ ipsis admoueri, tenuiorq; seruari uictus deber. Deinde morbo in clinante galneo æget credetur, frigus vitabit, summiore recreabitur cibo. At si inflammatio membranæ costas integrantis non discussa, in pus transire uideatur, supra eō memoratis utendum.

AD LATERVM DOLORS RES SINE FEBRI.

Laterum doloribus sine febri, bellum medetur, & costus, & brasice caullum combustarū cineri adipiç; mixta, Nam id medicamenti astutam digerit.

DE CORDIS AFFECTIBUS.

Cap. XXXIII.

Cordis affectus si quidem primario accidit, omni destitutus medicorum auxilio, in maturam mortem præcipitat, nempe cum inflammationem, eos sypelata, & intemperies calidas ih acutissimis febribus ipsum experitur, item sauginis profluum ex sinistro ventriculi vulnere. At si consorti lege afficiatur, cerebro locinore, ore ventriculi laborante, tum si ob tristiam, metum q; & alias plerasque causas syncopen appellatas sustinebit in qua subito uires uniuersæ collabuntur. Notæ ipsius sunt resolutio, animæ defectus, pulsuum paruitas, extrema frigida, & in sudorem protrumentia. Quæ inquam, syncope si ualida est, medicinæ locus nō est. Si uires adhuc tantillum constant, aliquando ad sanitatem recursus est. Itidem ualentis cordis palpitationes sœpe ex sanguinis in eo concepti copia, aut feruore cothahuntur. Idem uero cor si incaluerit, magna crebræ q; edit respirationem: sit refrixerit, exigua & rara. Sed quomodo cordis syncope possit emendari, secundum

LIBER TERTIVS.

do uolumine, inter ea quæ febris super uehiūt, sumus
executi. Tantum uero hic adiit iendunt est, si casus euincit
et ubi extrema perfricata fuerint, inunctaq; puluerem
est uiz paumento aliave refrigeria particulis sudore dif-
flatis inlicere prodest. uel myrtus detrita, uel cimolia cre-
ta, uel electrum, uel malicorium cum manna, uel terra
sancta cum gummi recte inducetur. Extremis autem
frigentibus adusq; inguina & alas sinapi, uel pyrethrū,
uel adarce imponitur. Cibus erit panis ex aqua, aut uis-
no frigido temperato, suum ungulæ, articuli, testra, alæ,
omniaq; frigida. Capiti frontiq; omphacini, aut astrin-
gens aliquod cum gummi imponitur, uel rosatum des-
cocto. Præcordii & stomacho cataplisma admoue-
bitur ex palmulis, rosis, oenanthe, acacia, hypocystide &
alumine.

DE PALPITATIONE CORDIS.

Noui, Galenus inquit, qui annis singulis uerno tempore, cordis palpitatione affligeretur. Aduersus quam uenit sectionem triennum expertus commodam quarto anno sanguinem prius misit quam morbo corripetur, atque ita securus fuit: eo q; modo multis subsequenter annis facti sunt, & convenienti uictus ratione usus est, attamen & hic ante senectutem, fati functus est, quem ad mostum alii quoque omnes, nonnulli in febris aegritudinis subita syncope oppressi similiter interierunt, alii ipsorum etiam citra syncopen, ueluti a pplexia tentati. Complures repente diem obierunt, annos nati minus L. magis uero XL.

DE MAMILLARVM AFFEO
stibus. Cap. XXXV.

LAc à partu sœpe casei modo coactum mamillis inflammations parit. Utendum igitur per initia est hisce rebus spongia mollis posca egelida imbuita, expressa q; loco fasciis superaccommodatur: uel palmulæ cum pane ex posca contritæ uel ouo toto uscendū est cum rosaceo, & cerati momento, uel alumine

PAVLI AEGINETA

psyllioq; cum cortano, uel portulaca delinitur. Vel lapis
pyrites tritus cum cerato impositus illigatur. At distens-
tione oborta, uel lacte in grumos concreto, panis ex hy-
drelao, aut mulso iniicitur. Aut panis cum perdicci her-
ba uiridi simul & cerato bis quotidie, aut lomentum
cum hydromelite, uel sapa applicatur. Quod si uero
grauitatem non tolerauerint, superfusione utendum est
ex dulci oleo calente, per lanas delicatores. Fots au-
tem adhibendi ex fauore calidae aquae, uel decocto fœ-
nugraeci, uel aitheæ, uel apii seminis. Delinere uero mas-
millas conuenit polline farinaceo cum semine linii, aut
foenugraeco cum hydromelite, aut sesamo quod cum
melle aut butyro sit leuigatum. Cæterum lactare cautio-
est, nam maior per excretionem materies illuc citabatur.
Inclinare autem inflamatione, cerata hæc recte indu-
cuntur, beta oleo incotta quoad intabuerit; ipsa quidem
prolixitur, oleo autem ceræ modicum iungitur, usuiq;
est. A L I V D. Ouorum crudorum lutea decem, ceraso
to miscentur, cui unciae duæ & semis ceræ, rosacei un-
cie quatuor sint adiectæ. Postquam rudicula agitaueris,
muriæ quantum recipere potest inditur, & rursus ubi
permoueris, ut tor. Porro ad mamillarum duritas, facit
& medicamentum ex melle: tum omnia molliendi fa-
cilitate donata. Cum tumor in abscessum uertitur, iis u-
tendum est, quæ in parotidibus comprehensa sunt,
item illis, quæ ubi de abscessibus tractandum erit enu-
merabimus.

ARCHIGENIS DE EROSIONE

mamillarum cum malignitate.
Vini Adriani boni sextarii uiginti, rhus, quo coriarii utu-
tur pondo libra, cupressi pilularum tantundem, gallæ
immature nigrae pondo libra, casiae tantudem. Con-
tusa uino diebus decem commadescant, deinde mota
cupressi rudicula, ad dimidiis fere coquuntur. atque
tum herbæ prolixiuntur, succus coquitur dum mellis
spissitudo fiat, deinde uitreo uale reconditur. In ulce-

L I B E R T E R T I V S.

113

tribus deparcentibus mero utitur. Si autem crassius fuerit medicamen, uino liquandum est: ut applicetur mastillis deparstis, auribus suppuratis, gingivis cum infirmitate humentibus, intestinorum tortuibus. Idem vero dolores etiam lenit, lacte dilutum. Aliae mammarum exulcerationes communem reliquis ulceribus, curatiōnem recipient.

Q U O M O D O M A M I L I

lae conseruentur.

20 Cum inum cum aqua tritum mamillis illinitur, deinde spongia extrinsecus imposita, ex posca pectus cinctura stringito, a tribus diebus cumino deposito, mamilis florem bulborum cum melle superaccommodato. Et de ligatum rursus triduum finito, id est ter mense facito.

25 ALIVD. Cicutā in pollinem detrita ad novem dies impontitur: spungiaque, extrinsecus, sicut comprehensum est pauculis diebus interpositis id est facito. Quin & Naxiæ cotis detrimentū virginū mamillas conseruat, tuereturque.

A D F O E D V M A X I L L A R V M

odorem, sudationesque; Cap. XXXVI.

30 **A** Luminis liquidi partes duæ myrrha pars una. Vino dissolutis utitur. ALIVD. Molybdenam combustam, uinoque, odorato extinctam, ex uino terito, myrrha momentum iniiciens quo ad fardium fiat spissitudo, ac utitur. ALIVD. Argenti spuma pondendo denariorū sedecim, myrrha podo de naroru duū, amomi podo denarii unius, uino excipiatur. ALIVD. Aluminis liquidi drachme octo, amomi, myrrha, spice nardi, singuloru drachmarum quatuor uino levigatis utitur.

35 **D E S T O M A C H I , P R E C O R D I O R V M**
& ventriculi affectibus. Cap. XXVII.

DE cibi fastidio & febribus sequentia, gradi fame, que graci bulimō vocati, canino appetitu, stomachi ibecillitate, ac defectu, insup situ, singultu, nausea, ei syncope, libro superiore ubi de febribus tractatur est, abude differentia, que de eisdem rursum dicere oportunitur non est. At

PAVLI AEGINETÆ

Inflammationes oris uentriculi, & lecinoris, astringentia miseri desiderant. Nam si solo relaxante præsidio curationem tentes, uitæ periculum intuleris. Ob quam causam, siue oleum fuerit quod superfunditur, siue cataplasma, recte adiicitur astringens aliquod, uerbi causa, absinthium, uel nardinum unguetum, uel melinum, uel cydonium incoctum. Ceratum uero eius nota est quo subinde utinur cerat candidæ uncia, per astatem drachmis septem, aloes, mastichæ, singulis denariis, olei omphacini, uel melini, & nardini in usu quantum ad spissitudinem satis est. Si maiorem requirat astrictionem tantumta stomachi imbecillitas, ut ne cibis quidem sit retinendis, recte miscetur et omphacini drachma, aut absinthii succi æ qualis mensura, & tertio ad hæc hypocistidis, & nanthæ, & rhus succi. Deinde ceratæ modus adiungendus est, qui aliorum medicaminum numero proportione respondeat. Quod si inueteratæ sit inflammatio, indurescitq; tunc uaria magis applicare oportet. tum ea q; ex aromatis nonihil, & emollientibus digerentibusq; cōtinent, cuiusmodi est qd philagriæ, & qd ab odore gratio & ðæ dicitur. Item quod ex meliloto præparatur, & uiridis iaspidis torqueas à collo suspensus, ut stomachum contingat magno est præsidio. In calida autem stomachi ac ardente intemperie sic ut eius resolutio simul inuaserit, uel anima deficiat, uel quoddam cibi fastidium urgeat ex quaunque tandem occasione præterquam febri, aqua frigida cum acoris succo propinasatur, uel malorum cydoniorum decoctum, uel pampini uitis, uel seminis cucumis, uel puluis cum frigida. Verū stomacho uesciam aqua frigida repletam, uel ceturbitæ semina imponito. Carapotia quæ siti restinguendæ sunt, danda, ut supra desiti à nobis dictum est. Porro me dicamen quod stomachum cum infirmitate humente refrigeret confirmetq; istud est: Rosarum uiridium foliorum drachmæ sex, dulcis radiculæ succi drachmæ quinque: uino dulci excipiuntur, & ut sub lingua teneri possint,

L I B R E T T E R T I V S

113

posint, formantur. Ceterum in quibus crassior pituita
calefieri incidiq; desiderat, hoc medicamentum profi-
cit: Marathri radicis corticis uncia duæ, aceti sextarius
unus & dimidius, aloes quadrans, mellis pondo qua-
5 tuor. Radices cum aceto coctæ exprimuntur abiiciuntur
turq;. Mel autem inditum ad spissitudinem usq; coquio-
tur, & tunc aloe trita inspergitur. Tria hulus cochlearia
cum aqua sumuntur: quidam vero sine aloe ipsum præ-
parant, iam uero medicamentum dia calaminties his
10 idoneum est. Quibus autem cibus acesit, coriani semi-
nis, drachma polenta modo formata commode bibi-
tur, uel mastichæ cochlear, uel lactucæ albæ seminis co-
chlearia duo. Compositū autem hoc est. Piperis pôdo
drachma, anethi seminis pondo drachmæ tres, cumini
15 pôdo drachmæ quatuor: trita cochleari uno noctu sub-
fomnum uino temperato præbentur. Porro in quibus
atra bile uitiosus est stomachus & inflatione laborat,
spongæ in accessionibus aceto acerrimo imbutæ ap-
plicantur. Deinde si dolor remanserit, aluinum cum ære
20 trito, melle exceptum admouetur, sereos succus bibitur
uel menta potui inspergitur. Si flatibus turget stomachus,
& distenditur, calaminties decocto, mediocris mellis
piperis q; mensura mixta exhibetur. Ad stomachi
25 peruerstiones conueniunt mali granati acidi nucleos
rum succi partes tres, mentæ succi pars una. Vbi
coixeris quoad in unicatem coierint, ante cibum my-
strum unum dato.

A D S T O M A C H I S A L I V A M.

Acetum scillites, aut halmadarum oliuarum tremor,
30 aut summiratis oleæ decoctum per clysterem ab infes-
tioribus immittitur, aut etiam minimum ex ipso deuo-
ratur. Inter omnia præsentissimum est, aloë aqua diluta.
Ad eos autem qui cibum non continent, quos ueteres
proprie stomachicos nominant, fœnugræci farina mel
35 li mixta, & malue semen tritum aridum illinitur: ceratū
vero ex era, irini olei sece & castoreo.

PAV. AEGIN.

P

PAVLI AEGINET AE
DE CIBI FASTIDIO Q.V.O.D.

græci ἀνορεξίαν vocant.
Fastidium, quod anorexia dicitur, est, cum stomachus
intemperie uitiosus, aut humorum redundantia cibos
auerlatur. Calidam intemperiem testantur, siti, nidorosi
oleosiq; ructus, si cibus præter uoluntatem sit assumptus, item si frigidiora potius & elaborata peruacacia
hac detenti queant concoquere. Frigidam contraria, in-
dicant: neq; enim in hac ægri sitiunt: neq; frigida susti-
nent, & acida non unquam eructant. Qui humorum
uitio cibum respuum partim ob tenuitatem ac tensionem
illorum ita laborantes, uentriculi demorsu torquentur,
nauseasq; magis & siti conficiuntur. Quibus autem hu-
mores computuerint, interdum li etiam febricitant. At
quos crassi uiscosiq; succi male habent, ii nec tensionem
uentriculi, nec sitiū experientur omnino communiter
autem omnibus superuenit nausea. Porro si in uentri-
culi sinus humores se receptorint, etiam ex hisipsis uomitu
erumpit. Si infarcti tunicis adhærescant, etiam eo
quod ingesserant, sursum educto, nausea solum, non uo-
mitu premuntur, præterquam cum cibos assumperint.
Calida intemperie adfeci, refrigerante uictu curantur,
præcipue qui ex acetō assumentur. Panis igitur posca
imbatus esu ipsaq; posca pótui datur. Item oxyga-
la & quam Romani melcam appellant, obsonium ex
lacte intybi & lactuca, interlm etiam aqua frigida, om-
niaq; mediocriter iuxta præsentis intemperiei contrarie-
tatem. Nam immoderatus horum usus, non modo no-
luuat, sed etiam sàpē insanabilem morbum efficit. Fri-
gida intemperie laborantes, contrariis medicari oportet,
uino ueteri & condito, hydrogaro cum anisi ruta &
petroselini decocto, iam pipere ex aqua calida com-
muni, uel etiam ipso medicamine, quod inscribitur
diatrion pepereon, uel cui nomen est dia calaminthes.
Dabis etiam non nihil theriacæ ex uiperis cons-
festas, quæ nec ipsa, fastidio ob humorum copiam

laborantibus inidonea est. insuper alia his & alimentis
 & medicaminis nomine conueniunt. Sin autem hu-
 morum abundantia fastidium excitarit, tenues, mordaces
 cesq; aut uomitiu, aut per aluum evacuabis, faciliem
 itaque uomitum reddit aqua temperata, uel multa dilata-
 tissima præhibita. Satis fuerit, si ante hæc humectans
 exhibeas alimenta, uel tanq; tremorem, uel
 ouorum lutea. Cæterum quomodo ex facili uomatas,
 priori libro est expositum. At si difficultius æger uomat,
 præstat materiam ad aluum elicere copiose tempe-
 ratoq; alimento prius humectatam. Purgans uero me-
 dicamentum esto, uel ex aloe amarum, uel ex malis cy-
 doniis præparatum, cui adiecitum sit aliquid scammoniæ,
 uel quod constat rhodomelite. Si uero citra scam-
 moniam fieri poslit, melius feceris, eo quod illa stoma-
 chum offendat, aloe potius copiose ipsos evacuans.
 Quibus crassi humores uilcosiq; fastidii authores sūt,
 medeberis extenuando ipsos incidendoq; tum oxymelis
 lite, tum iis qua ex hoc & ex murla componuntur, ut
 20 cappari, oliu, sinapi & similibus. Non inepta sunt his,
 & quæ ex frigida intemperie laborantibus cōsulimus,
 maxime post uacuationem, quæ nimis fiet oxymelis
 te Iuliano. Extrinsecus utendum quæ souere stomachum
 & corroborare queant, ite unguentis & malag-
 25 matis, qualia sunt potissimum quod dicitur dia ompha-
 cus, & Marciatum aliaq; consueta unguina: insuper episo-
 themata, Batum & euodes huiusq; notæ reliqua. His
 addentur exercita & frictions ualētissimæ. Ad eos q
 frigi humidiq; humoris, uel talis intemperiei uitio dif-
 30 ficulter cōcoquunt, cibūq; respuunt, ea q ex malis cydo-
 niis confiunt, ptinent. Dico aut quod uocant melopla-
 cuntium, item qd ex malorū succo præparatur, tum qd
 ex carne eorū cōstat, præterea ex citrio confectum. Ma-
 lagmata uero Marciatum ex immatura uxæ succo, ite
 35 Ealor, Polyarchion atq; his finitima. Sin ulcus fuerit
 in stomacho, aut uentriculo, omnibus acribus & cibis

A 11 P A V L I A E G I N E T A

& potionibus abstinere oportet, ut uero medicamentis
quæ lenientia, putrefactionibus absq; oleo, tum iis quæ
ex amylo, terra sarmia, lemnis sphaeride & laetè, uel que
melle paucissimo conficiuntur, ut quæ purgent citra ro-
sionem Epithema facies ex palmulis & cydoniorum
carne & polenia. Ceratum ex melino, uel rosaceo cum
ammoniaco & thura. Ad hæc Nelei epithema con-
ducit & emplastrum ex salicibus, & icerion. Notæ ul-
ceris sunt, uomitus sanguinis, uel puris, uel etiam
tamentorum.

A D S O L V T V M I M B E C I L L E M
que stomachū, ut cibum non modo non concoquat,
sed etiam euomat, ualeat hoc: Aloës, mafuchæ, mastis-
ches, styracis singuli sextantes, absinthii triés oenanthæ
quadrans, gleucini selibra, melini quadrans, uini quod
satis est. Nonnulli etiam cypheos & rosarum singu-
los sextantes miscent. Hæc in leuorem redacta, purpu-
ra uel lana excipiuntur, ac stomacho imponuntur.
Quidam ceræ le libram adiungentes, epithema ip-
sum faciunt.

A D S T O M A C H I A F F E C T V S,
qui ileon repræsentant, hoc est uehementes
& conuulsorios dolores.

Optime facit pastillus Amazonum: inuenies autem hu-
ius scripturam, tum aliorum ad stomachum composi-
torum materiam ad calcem libri de medicamentis cō-
positis explicatam.

D E F L A T V V E N T R I C V L I.

Cap. XXXVIII.

F Latuſ in uentriculo generantur, humoribus uel
cibis languida caliditate in uapores dissolutis:
nam refrigeratio hoc nomine quid extenuare
ac dissoluere non sit idonea, nullos flatus procreat. Ve-
hemens caliditas cum non tantum extenuet, sed etiam
discutiat flatus generationem impedit: minor vero cali-
ditas diffundit quidem & transmutat alimēnta, uerum

LIBER TERTIVS

115

minus quam opus sit, unde flatus excitantur: quare callidis eos medicamentis extenuare connenit, cutini, semine, & apii, & spodylii, & dauci, in oleo decocto. Vbi uero adfectui adeat frigiditas, ruta, bacca lauri nigella & marathrum oleo incoquuntur, misceturq; bitumen & oleum laurinum. At si inflammatio dolores comitetur, in uicem calefacientium laxantibus uteris, anethum de coquens, cui gallinae anserisq; adipem adiicias. iam vero polii fasciculus, uel calamithæ decoctum cui melis pauxillum cum piperis drachma sit iunctum, flatibus infestatis auxiliatur. Hæc itaq; dum uehemens dolor inciderit, adhibenda consulo: dum medicoris, etiam fomenta ex milio sufficiunt. Cæterum cucurbita bona magnitudinis umbilicum undiq; comprehendens toto symptoma frequenter uniuersim liberat, castoreumq; ipsis prodest, tum ex posca potum, tum extrinsecus cuo oleo sicyonio appositum, uel si cum tormine flatus incident, medetur. Item talus suis combustus potusq; tormina & flatus tollit. Idem facit aristolochia rotunda. Iam uero aduersus dolores flatulosos ex uentris obstructione, uel crassitie, uel perfrictione abortos, uinum meracius à cibo sumptum proficit. Vbi somnus accelerat, etiam ex toto leuat affectos.

DE CHOLERA. Cap. XXXIX.

C Holera est immodica uentriculi perturbatio sua prainfraq; erumpens. Ciborum cruditas apparet, quæ nonnunq; ex magna alimentorum præ uitate, interim ex uitiosorum humorum superfluo trahit originem. Si igitur nauseabundus æger est, & turbatur, cibis etiam crudis in uentriculo manentibus aqua egelida propinari debet, deinde uomere oportet, digito, uel pinna ori indita: item alui ductione adiuuandus est stomachus. Vbi uero hæc exinanita est, conquiesceret, & præcordia oleo dulci cum uini modico, uel mastichino uel èt nardino si hyems fuerit, souere conueniet, somnumq; accersire, Vbi iam exacta appauerit conco

P iii

PAVLI AEGINETÆ

Etio, balineis & probi succi cibo utendum est. At si initio
 fiat immodica, sufficient quidem initio uel ea quæ
 secundo libro de uentris perturbatione comprehensa
 sunt. Si autem perseveret corruptio, uenter concidat,
 pulsus minor densusq; euadat, cataplasma adhibendū
 ex palmulis cum cenanthe & acacia, item hypocistidis
 & malicorii succo. Adhæc offerendus est potui aquæ
 mediocriter frigidæ cyathus. Præstiterit rosarium, uel
 cenanthę, uel rhus, uel ex uite capreolorum decoctum,
 uel mali granati acido dulcis succus, cui mentæ pauxil
 lum sit adiectum. Porro si excrementa fuerint acriora,
 uexetq; ardor & sitis, cucumeris semen cum aquæ cy
 athis tribus, tum intybi, & laetitia in posca coctæ exhib
 beantur. Verū si fluxio fisti nequit, unū quoddam austeri,
 potui dandū est: si febris absit, palmatianū, uel amaranthū,
 uel spathites, uel omphacomes: si adsit, retinū, uel
 myrtinū, uel cibyratici hydromeli potus cū mica panis,
 uel chondro, uel alica. At si respuant cibū frumentaciū,
 fugaces fructus mandent, melpila scilicet, uel pira, uel
 mala cydonia, uel punica: qdā carnosum est & durū, ex
 puuant. Si ne his qdē auxiliis cibū retinet, extrinsecus cō
 tra ueticulū ipsum, cucurbita leuis quā maxima admo
 uenda est, mox cibo aliquo ex prædictis recreatio uiriū
 tentanda. Ad conuulsiorias contractions calida linimē
 tal oleo modico imbuta musculis circumponere oport
 tet, tum cerata līquida, gbus adiectū si aliquid castorei
 & sicyonif. Ante hæc extremae partes aquæ calidæ fos
 mēris nutriendæ. At si uigilæ torquent, somnus iis quæ
 aduersus illas prodidimus conciliabitur. Si uires autem
 non prohibent, etiam medicamentum dia codion ipsis
 propinabitur: ubi morbus inclinaverit, ad balneum des
 ducuntur, eibus ad refectionem, pulsi gallinacei erunt, eo
 lumbæ, uel suum petunculi, similiave. Alui profluuum,
 quod ciborum corruptela est, plerunq; sua sponte cel
 sat. Non autem citius alimentum ægris sentientiū qdabsos
 luta fiat concoctio, & corrupta euacuentur: si, autem re

maientis quæ in cholera dicta sunt, utendum.
DE LEVITATE INTESTINORUM
rum quæ lienteria dicitur, & cœliaco
affectu. Cap. XL.

Lexitas intestinorum quæ Græcis ~~tertivis~~ dicitur, duplice continetur discrimine: hæc ex summa
intestinorum exulceratione contrahitur: quorundam uero lienteria ex cicatricibus quas excitauit dysen-
teria parte plurima, uel aliis obortitur fluxionibus. Altera uero ex infirmitate & languore ulrum, alimenta in
ventriculo continentum creatur: eademq; cum cœlia-
ca dispositione confunditur, misceturq;. Etenim in hac
languente & imbecilla uentriculi facultate, nec coquuntur, nec digeruntur alimenta, sed cruda, humentia imper-
fecta q; redundunt, alio continentur fluida. Verum in
utroq; leuitatis genere celerius q; in cœliacis, que assu-
pta sunt, egeruntur, tamq; intensa est cruditas, ut alime-
ti assumpti genus aperte cognoscatur: atque hac nota
potissimum à cœliacis discernuntur. Itaque semen lini
cum palmulis ipsis illinetur, summe autem facit lentiscus,
rubus oxymelite incodus, cum adest inflatio cum inum
miscebitur, anethum q; & ruta: angelcente uero pfluvio
adiungemus mala cydonia, alumen liquidum, acaciæ,
hypocistidem, gallæ, uel quædæ, uel oia. Cerata ex myrs-
to cum uino quodam astringente. Epithemata calidiora
quidem ex baccis lauri, & quod ex seminibus constat.
Astringunt autem magis dia œnanthes & dia giganton,
id est ex acinis malorum punicorum. Itē quod ad An-
tylum anthorem refertur, et erethrii mirificum: si mor-
bus in uerustatem incidat, etiam uentri recte applicatur
dropax et ceratū ex finapi, ipsumq; finapi. Potiones co-
ueniunt, simplices qdē, amoglossæ semē, uel lapathi, uel
mali granati cortices, uel sorba arida, uel immatura, uel
acer siccus ex uia aminæa, tribus obolis potus. Quis fe-
bris careat cū uini austeri cyathis sex: febricitates autem cū
aqua plauiali sumunt, Porro aliud arida gallinarū potuī

P. iii

PAVLI AEGINET A

spersa, stomachū minus accedit, tū ea q̄ urinam citant
exēpli gratia, apīū, adiantū, similiāq; epota deriuallone
moliuntur. Cōposita uero sunt polyidae (phragis, pastil
lus ex electro, itē ex spina ægyptia confectus, insup clis
diū appellatus, & dia spermatoz. Itē hoc est præstantis
simū qđ seqtur: lapathi syluestris semenis fescuncia, amo
glossæ semenis uncia, hypocistidis succi drachmæ sex,
gummi uel acaciæ drachmæ tres: excipiuntur, cydoneorū
ad tertias decoctorū liquore. ALIVD. Cumini, piperis,
rhus syriaci balaustii singulorum fescuncia, malicoriū un
cia, silphiī fescuncia, aut xeris drachma potui inspigitur,
uel oxymelite macerata datur mane & uespī. ALIVD.
Myrtinigræ cochlearie, eiusq; dimidiū, anisi, roscarū sicca
rū, cenanthes, singulorū cochlearis dimidiū, phœnico
balanos uiginti, in pastillos cogito, & drachmā unam
cū aqua aut diluta uini potionē porrigitō, iā theriace ex
uiperis optimū his est præsidū. Cibus aut̄, si actis & bis
liosa sit delectio, ex chōdro, oryzā, alica & similibus erit
qbus cū astringens aliquod decoquetur, pirum, malum
cydoniū, mespilū & id genus alia, itē lac discoctū his, p
derit. Potus erit, aut uinū aquosum, tenuē, aut quoddā
dulciariū. Sin aut̄ pituitosiora excertunt, contrariū ipsi
cibus adhibetur, nōnulla stomacho, gratia admiscetur,
anisum, cuminiū, uel apii semē. Ad hæc lenticula bis co
cta plerūq; ipsi profuit, cū acetō modico uel oxymeli
te cōmanducata. Præterea brasicæ & ipsa bis, cōctio
ne experit. Præstat aut̄ secundam iporum cōctionē
in posca fieri. Vinum assumetur uetusius calidiusq;.

D E T E N E S M O. Cap. XLI.

Tenesmus interdum dysenteriam præcedit: sape
uero & ipse solus paulatim generatus, desinit.
Est autem affectus hic, continua & implacabilis
desidendi cupiditas, qua nihil præter modica cruenta,
uel muccosa egeritur, quæ totius prope mali causa est:
facti q; in longanone inflamatio, molle cedētemq;
tumorem, quod cœdema uocant, referens, ha rentium

illuc excrementorum opinionem, & deiiciendi ea desiderium, mouet. Galenus memoriae prodit etiam calculum quendam in tenebris constitutione per anum fuisse excretum. Subinde uero obstructionem steroris in tenui intestino coacti, tenebris fecutus est, qui astringentibus quidem obturantibusque remediis magis increuerit. Clysteribus autem acribus, nempe mulsa cum sale, uel stercore excreto medicamine quod emolliat, per os assumentio pto, ut damasco, uel pinguisibus fisis, mercuriali, sero laqüs, confessim finitus est. Quod si igitur citra talem cauam, tenebris obortus sit, conuenit inflammatione, calida ordei polenta & fotu ex uino, oleo myrteo, uel rosaceo, uel omphacino lumbis & pubi adhibitolenire ad ea quæ longanoni muscosa inhærescunt, molla indistincta, alio, muriaque, saepe demissa auxiliis fuit abunde. Sufficiunt autem salis drachmæ sex in aqua calentis hemisphaerii. Porro dolores intentionesque leniuntur in secessu scenu graci, uel maluæ, uel seminis lini. Alii autem & horum in secessu frequenter usi sunt, rubi, myrti, cytini, lauri, cupressi. si. æqua singulorum viridium portio in aqua coquitur: est autem Marcellum. Vbi alte affligit inflammatione rectalitatemque, in illic debent ab inferioribus partibus crescentes frumentacei cum quodam astringente decocto: oleum uero dulce inditum retentumque pluribus horis, dolorem solvit. Cum autem crebra desideri est cupis diuersas, etiam agathidem spissamentis calidis sedi apposunt, aut furfures calidas in fascia, aut spongiam, aut aliquid huiusmodi.

DE TORMINIBVS QVÆ

dicitur dysenteria. Cap. XLII.

CVM intestina intus exulcerantur, latini tormina, Græci dysenteria appellant, & nunc ex tenebris, uel quadam ex praedictis aliis turbatione puenit, nunc p se incipit. Excernuntur primū biliosa, uaria: deinde de subcrueta, postremo sanie similia, cuiusmodi à mortuorū cadaveribus solēt pfluere. At q à bile nigra orit,

PAVLI AEGINETÆ

Exitialis est: ut quæ cancerū cum exulceratione tefletur.
 Si igitur ab exulceratione, cruenta sterco, cōmista deili-
 ci cum labore & tormentibus cernantur, ulcus tenuia in
 testina obſidero nota est, quod per os potissimum re
 media desideret. Si autem sycerum sterco descendat,
 crassa: quod enæmatibus magis cedit. Porro cum mul-
 tum sanguinis priuatum excernitur, affectum, cruentam
 dysenteriam appellant: quamquam interim sanguis etiā
 nigror, & naturaliter esse debet & splendescens deſcriba-
 tur. Cum uero iecur alimentum distributum non pro-
 be conficit, & retentrix ipsius facultas, vel alteratrix ini-
 bicillis est, ſaepē eiusmodi descendunt ut recens in eis
 caro lata esse uideatur: atque hanc fecoriam uocant
 dysenteriam, de qua in locinoris affectu agemus. Itaq;
 utendum est communiter iis quæ in cœlacijs & aliis p/
 ter naturam excretionibus comprehenſa sunt. Priuatim
 conuenient lemnia sphragis, quæ etiam depalcentem
 modo dysenteriam perficiant, & pota & in aūum data,
 si intestinum multa prius fuerit abſtersum. Deinde nu-
 tria & portulacea succus potus conuenient dysentericis: ip-
 saque portulaca in posca cocta eſti idonea eſt, item ar-
 noglossum, rubi tum fructus, tum folia, & altheæ radis
 decoctum, hippuris ex aqua, uel uino bibita, eiusq;
 succus prodicit. Mori succus immaturus exiccatus, atq;
 hoc magis batina mora ſimiliter refiſcata. Siccant etiam
 uentris fluorem ouia ex aceto cocta comestatis. Satis
 fuerit, si commista quibusdam ex iis quæ ad dysenterię
 faciunt, frixa q; eſti exhibeas. Utilissimum his eſt oni-
 phacium, rhiz. rubens, eiusq; succus, malicorium, galla,
 acini uvae, mespila, myrra, corni, cochlearium integro co-
 etarum cinis. Compositum hoc bene facit: Cochlearū
 cinis partes quatuor, gallæ partes duas, piperis partem
 unam, in puluerem redacta obſoniis inspergito, uel ex
 aqua, uel ex uino albo diluto potui dato. Generoſe iu-
 uit dysentericos quos nondum ulcus putre occupauit,
 & canum ossa uorantium sterco aridum, cui laſte
 caseato, harundine demissa assumptum. Mirifice pro-

sunt composita: nonnunquam ex ægyptia spina pastilus, interim Philippi, tum ex cornu cérino, necnon ex seminibus pastillis: ad hæc qui ad Trigonem refertur.
 Iam catapotia ex macere admiranda, maxime autem commendatur & hoc: Opii, croci, lycii indici, acaciæ, thus, thuris, gallæ, hypocistidis, malicorii, myrti, aloes, æquales singulorum portiones, nempe selsquiscrupulus ex aqua propinatur. ALIVD. Rhus drachmæ octo, gallæ, malicorii, singulorum drachmæ quatuor: cochle are unum ex uino datur. ALIVD. Rhus denarii octo, gallæ, acaciæ, gummi, singulorum denarii duo, opii de narius. Exhibitetur pondo denarii ex uino téperato. Hoc autem eclegma ipsis conueniet: Myrti nigrae, rhus syriæ ci singuli sextarii, palmæ thebaicæ duo pondo, malorū cyddiniorum carnium pond o unum, mala granata acerba cum ipsis corticibus decem, uini astringentis sextarii duodecim, ad tertias decoquuntur. Percolatis libre sex mellis iniiciuntur: ad spissitudinem incocta delinguntur. Notum uero est cataplasmata quoq; ex astringentibus compónenda, quorum materiam explicitā habes. Porro enæmata propter tenesmos infestatæ, dysenteriis ex usu fuerint. Crenior oryzæ, uel chondri, uel huiusmodi alterius adipe caprillo uel hircino, tum ea quæ capite de tenesmo diximus. Si autem pus uel sanguis profluit, ex inferioribus partibus infundere oportet succum polygoni, uel arnoglossæ cum acacia, uel hypocistide, uel id genus aliquo. Si urgeat fluxus, etiam impedimentum quoddam iniiciendū est: cinis lanæ succidæ, uel spōgiæ recentis, pice liquida, uel sanguine bgbulo imbutæ, uel cum alumine liquido cōbusste, uel onidis succo. Huic et Andronis pastillus præstans est remedium, tum q; Musæ acribitur, ac persimiles. Insug subiecta collyria multo sunt fin id efficacissima, in qbus dolor deiectionem coabitatur: ubi uero ulcera intestina depascantur, q; foedo excrementorum odore, tum putredine, tum quod non statim ap; inita fiat, sed temporis interuallo agnoscimus,

PAVLI AEGIN ETÆ

enematibus, quæ crustam inducunt utemur, cuiusmodi sunt pastilli nomine Faustiani, item ex charta inscriptus, ac Bithynius, Throniusq;. Præterea qui ex suberibus cōstat, ex lenticulae decocto, uel cuiusdam astringentis, iniectus. Atq; enæma est ex iis quæ admodum expertus sum, acerba uia combusta. Est autem hoc concatum, unde querina glans prodiit, qua coriatit utuntur. Auri pigmenium, consolida rhus syriaci, & qualies partes, his contusis, duo cochlearia excipito cremore oryzæ & succo an chusæ, quæ folium habet spinale, amplum nigrumq;, quod chcerospileton appellant. Item ouorum candidi liquoris similiter ad uncias duasternasve immittito. Epithemata uero in cœliacis enumerata sunt, Itera uenitii inunctiones, quæ astrictiori ac siccante constant materia cum glutinario quodam adhibito, gummi, thure, taurocolla, polline, in similibus cataplasmatis locum habentes. Alimentum his erit per initia, oua ex lacte, deinde sorbitones frumentaceæ per se, & cum lacte, item lac mediocriter coctum maxime commendatur, holerum usus non est necessarius, atamen gustandas exhibebis endiuiam coctam, intybum, arnoglossam, brasicam bis coctam, poma astringentia, carnisbus ipsorum reiectis, uel aliis quæ aspirare intestina possunt. Verum si multa sit caloris intemperie, etiam intybus cruda esui danda est, & aqua potionifrigida. Alia uero potabilis aqua coletis esto: si laborauerit stomachus, unum quoque propinandum est. Postea ex aucupio fisciora & concoctioni morigera sumuntur, balineis dulcibus utentur, à quibus si fluxionem experiantur, spongiam magnam, uel panis filaginei micas uino ascalonitæ, uel quodam astringente calido imbutas, toti uentri imponere oportet contra quem cum deligaueris, sic lauare iubeto.

DE M O R B O I N T E S T I N I

plenioris, quem Græci colicon appellant. Cap. XLIII.

LIBER TERTIVS.

119

Colon, cum pars sit intestini laxioris, à dextra illius
 regione procedens, ad sinistram cincturæ mos
 do pertinet. Huic dolores grauisimi plures ob-
 causas oboriantur, uel enim cum intra eius membranous
 5 las crassus pituitosusq; humor subsidet, uel etiam cum
 spiritus crassior flatulentusq; cessat, nec illinc transmitti
 tur, uel cum inflammatio male habet intestinum, uel a
 cres mordaces q; succi infestat. Qui ergo humore cras-
 so, ac pituitoso dolorem concipiunt, hi per totum ab-
 10 domen in alto excruciantur, præsertim autem cum per-
 tundi colon putant. Tormina quoque affigunt, ructus,
 nausea, uomito cuiuslibet humoris, potissimum pitui-
 ta. Alius grauiter impedita nihil reddit, ac ne spiritum
 15 quidem transmittit. Stercus autem quandoque excretū,
 bouino simile uideatur, leue & flatus plenum. Præcedes
 hotum causa est, continuus ciborum quammaxime fri-
 gidorum, crassi q; succi usus, satietas, cruditas, otium &
 his finitima. Qui autem ex spiritu flatulento indolescit
 20 tensionem magis experiuntur, & internum inflammatio-
 nis feruorem: febris non ignava urget, urinæ retentio si-
 mul & stercoris: pulsus in uentriculo exercet, sitis, ardor,
 nausea, bilis potius uomitiones, quaे nihil leuant malum,
 summatim inter colicas affectiones, hæc est grauissima,
 25 qua in ileum transitionem minatur. Quibus acres ro-
 dentesq; succi dolorem mouent, sicut etiam qui inflam-
 matiōnem experiuntur, hos ardor, sitis & uulgilia torquet,
 ita & febriculae, sed minus ac illos, urina redditur acris
 & biliosa descendunt. Sæpe alii deictio maiorem ex-
 30 citat cruciatū, grauiusq; irritant calidores cibi potusq;
 assumpti. Itaque doloribus quos frigidæ & glutinosæ ac
 crassi humores contraxerunt, medebimur sic ut non ue-
 hementer calciamus, quippe huiusmodi humores iis
 que nimis excifaciant, præsidili funduntur, ac in spiri-
 35 talem potius substantiam rediguntur. Quapropter ins-
 cidi, aut concoqui medicamentis debent, que non ins-
 flent, sed extenuent desiccentq; modice per morbi initia

PAVLI AEGINETA

calefaciant. Prius itaque alio stercore leuata, congrui
 clysteres ex oleo iniiciuntur, in quo decoctum sit cumi-
 num, uel ruta cum adipe anserino, uel gallinae, aut cucu-
 mis sylvestris radicum decocto, aut myrrhae drachma,
 melle & oleo sicyonio. Tam uero commune oleum in-
 lectum, sepe uitream simul pituitam expulit, ac dolore
 subito finiuit. At si ob doloris uehementiam etiam enae-
 ma non retinuerint, glans alio demittenda est, ex mels-
 le cumino, nitro, ruta, seminesco brasicae, caule probe
 derafo & muria madefacto, uel cinere brasicae melle
 confperso, cucurbita trita cum melle nitro & cumino.
 Glandes autem digitorum sex erunt, ut fibulam ani exu-
 perent, sedemque ungere oportet, ciclamini succo cum
 melle & nitro, uel centaureo cum melle & nitro. Si do-
 lor non remittitur, enæma quoddam superioribus addi-
 tur: Resinæ terebinthinæ uncia, uel opopanaxis drach-
 ma, uel galbani drachmæ quatuor, bituminis tantundem,
 cum nitri drachma & aquæ uncia, olei rutacii uncia que,
 aut amplius: fatus autem partibus indolentibus su-
 peraccommodandi sunt ex cumino uel anethino, uel si-
 cyonio oleo. Cataplasma admouendum, trispernum
 appellatum, cum cumino, baccis lauri, apii semine. Epis-
 themata uero conuenient, primum diaespermaton, id est
 quod seminibus constat. Deinde diadaphnidon, quod
 est ex baccis lauri, adde diameliloton, quod melilotis
 constat, & Polyarchion. Infessus autem utilis ex decoc-
 to foenegræci, altheæ, chamæeli, artemisiæ, anethi,
 lauri, & similium. Item in oleum calidum, aut hydrelæ-
 um descende, & alienum non est, potui offertur absinthi-
 um, & cuminum æqua portione, uel panax cum aqua,
 uel castorei, anisi, piperis, singuli denarii cum oxymelite.
 Quod si dolor non conqueritur, propinatur ipsis medi-
 camentum diatrion pipereon, uel theriaca. Iam sinapis
 mo & dropace in remissione doloris utendum est, ac
 balneis naturalibus. Cæterum à balneis aquæ potabilis
 abstineant, nisi doloris circumstantia compellat, ubi iam

prædictorum aliquo medicamento facta prius fuerit
 uacuatio, ut lauent, iubebis, foueantur; ignitis marmo-
 ribus, quibus adiicientur nitrosa quædam sine gmatia.
 Cum dolor est uehemens, mediocriter lenientibus uti-
 conuenit, qualis est pastillus ex castoreo, tum alio ab
 inferioribus partibus jnditus, tum potus finitimusq; his
 medicamina. Nam quæ ualenter stuporem inducunt,
 uitare oportet, quippe paulisper quide lenient, sed longo
 glorem affectum reddunt, dum materiam incrassant, mea-
 tusq; intestini condensant. Porro ubi pituita fuerit extes-
 nuata, purgabitur hiera amarescente, uel his catapotis.
 Aloes, euphorbii, cocci gnidii puri, scammoniae æquali
 singulorum modo, dantur duobus scrupulis. Viatus uti-
 lis erit calidior siccior; per initia morbi à cibo abstine-
 bitur, deinde acria assumentur. Porra igitur ipsis exhibe-
 ri cocta cum cōdito debent, apium, asparagus sylvestris
 cruda allia, & maxime iis qui talibus non offenduntur,
 ipsumq; uero conditum potionē panisq; cum ipso as-
 sumetur. Insecutis diebus è reliqua boni succi allimēta
 concoctuq; faci ia dantur, iut satietas cruditasq; uitetur.
 At si flatulentus spiritus doloris author fuerit, secundū
 clysteres q; flatus discussiant, potionēs q; etiam cucurbitæ
 q; maximæ cum flamma ac leues toti abdomini defixæ
 frequenter abunde auxiliū præstiterunt. Porro cum ins-
 flammatio intestinum exercet, uena in cubito aperienda
 est. Sin urinæ difficultas distorqueat, etiam ex malleolo
 sanguis detrahi debet, & prædicta admoueri præsidia,
 præterquam quæ acria sunt & ualenter purgant, enæma-
 ta uero quæ magis leniunt, item cataplasmata & super-
 fusiones. Ad hæc in oleum descendere conuenit, cucur-
 bitulasq; ipsis desigere, & ceratum abdomini applicare
 quod habeat ceræ quincuncē, chamæmeli sextantē, ro-
 facei tantundem, lomenti semunciam, uittella ouoru qn-
 que. Hæc succo lini semenis soluuntur. Viatus tenuis ac
 febricitantium proprius ipsis conuenit, quounque inflam-
 matio discussiatur. Atqui si propter acreis rodentesque

Altera
 uerba

PAVLI AEGINETÆ

succos dolitant, oleum ipsis ab inferioribus partibus intitetur, in quo fœnugræcum decoctum sit, uel althea cum molli adipe recenti anseris, uel gallinæ, uel etiam tremore ptisanæ cum rosaceo, uel succo quoque lini se minis propinatur. Antidotum ex aloë amarum, & balneis utendum ex dulci aqua, cibo sorbili ex chondro, uel ptisana, pîcibus saxatilibus. In summa uniuersus usus humidiior erit & frigidior. Abstinendum acibus omnibus, cum cibis, tum medicamentis, fôtuq; ex asperginibus, item cataplasmati, uini potione & potissimum ueteris. Cum autem dolor excruciat, etiam illis utendum est quæ sensum obstupefaciunt, nam offendunt minus aliis huiusmodi dispositiones medicamenta quæ tenues mordacesq; humores incrassant, & mediocriter refrigerant. Puto autem colicum affectum, qui etiamnum intrudescit ex huiusmodi contrahi humoribus, ut qui ab Italiz regionibus inceperit, in aliis autem multis Romanorum reipublicæ locis pestiferæ cuiusdam luis contagio simul grauitetur. Quamobrem plerisque in morbum comitialem, aliis in artuum resolutionem sensu in columni, nonnullis in utraque transiit, ac eorum qui in comitialem morbum incidenterunt, plures interiere. Ex illis vero qui in paralysim, non pauci evaserunt, tanquam causa, quæ ipsum tentauerit, per crism finita. Sic igitur laborantes, medicus quidam in Italia curauit uictus quādam ratione parum fida, sed multum audaci, nempe q; refrigeraret. laetucas enim non coctas refrigeratasq; ipsis porrigebat, intybumq; similiter supra satietatem comedendum. Item uvas, poma, pîces dura carne præditos, omniaq; crustacea quæ uocât Græce ἵσπας δέρμα pedes bubulos, bulbos & similia, non solum uirtute, sed & tactu frigida, unum raro præbebat, idq; frigida temperatum, ipsamq; frigidam uel etiam poscam frigidam exhibebat, ab omni alio calido & mediocri cibo abstinenſ. Atque plurimos sic præter omnium opinios nem persanauit, immo nonnullos qui iam in morbum comitialem

LIBER TERTIVS 121

comitiale uel resolutionem prolapsi erant, propemo
dum sanitati restituunt.

DE TENVIORIS INTESTINI
morbo, qui ileos dicitur. Cap. XLIII.

- 5 **I** Leos morbus est peracutus, q̄ grauisimos moueat
dolores. At quæ ei superueniunt, etiam periculo sunt
grauiora. Qui enim hoc malo sunt oppresi, misere
rabilis tandem morte pereunt, stercus per os reddentes.
10 Contrahitur id uitii cruditatibus & obstructo recremen
torum itinere, iis nimirum retentis, qua iam corruptio
nem experta sunt. Item lethaliū medicamentorū pos
tu, cumq; in scrotum descendunt intestina ac inflamma
tionem sentiunt, coli dolore plerunq; precedente, caus
am q; adferente. Pueros itaq; superfusionibus, cataplas
matis, clysteriis, glandibus & fomentis, sicut in capite de
colicis comprehensum est, curare oportet. Adolescen
tes autem & ætate floridos modica sanguinis detrac
ne: si minus, uincit multas ac leues cucurbitulas toti
abdomini admouere, qua autem dolent, et cute incisa
item perficare & deligare, tum efficacioribus clysteriis
& injectionibus uti. Ad hæc in oleum calidum descen
dere, antidota purgationesq; affumere, breuiter oīa que
ad colicos scripta sunt, præter eos qui ex acribus rodent
ibus q; succis indolescunt. Mirifice ipsis facit, uel si uos
muerint, anethum coctum potumq;, mox panem in cas
tidam demersum statim esse, dū incalescit. Ad eos autē
qui cibos non retinent, rhus & cuminum in eadem tri
tum potu datur in sensis oxymelitis cyathis. Qui ex me
dicamento in ileon inciderunt, ut uomant compellendi
30 aquæ calidæ potu. Noxiorum aut̄ medicamentorū no
tas, quinto libro habes expressas. Deinde oleum calens
propinari debet, aut lura pingua ut denuo uomant.
Diebus aliquot interpositis, theriace datur. At si obstru
ctio nō discutitur, lacte scisso cā scammoniae, uel aloes,
35 uel cuiusdam purgantis momento, aluum inanire con
sift. Si ex intestini prolapsu in scrotum affectus procel
PAV. AEGIN. Q

PA VI REGINETÆ

serit, figuratis statim ipsis sublimibus in inguina compelletur delapsum intestinum, fasciaq; deligabitur.

DE RENVM ET VESICÆ affectibus, & ptimum de calculo.

Cap. XLV.

MOrborum uicinitas cognatioq; ordinem *discis* plinæ transgredi nos compellit, nam communis est Colicis, & lapidem in rene habentibus aluus initio astricta, uehemens dolor, fastidium, cruditas & tormina. Propria uero colici habent omnia hæc magis intensa, nephritici minus. At colicis quidem in dextiore ileum parte dolor excrucians usq; ad stomachū, iecur, & liuenem peruenit, nec aluus, imo nec spiritus infra transmittitur. Cum uero necetas stercus expellit, flatulentum bouilli modo est. Interim etiam uitrea picta excernitur, urina copiosior pituitosaq; redditur. 10 uecum nephritici grauem in ipsis renibus dolorem, aculei infixi instar sentiunt, rectusq; testiculus indolet, femur obstupefit, directe excernunt, & sponte quidem raro, uerum clysteriis aluo citata, flatus, stercusq; biliosius egreditur. Urinæ autem paucæ & arenosæ magis prodeunt: meatus, per quos urina ex renibus in uefican distillat, 15 *syphnus* Græci uocant, astringuntur. hæc indicia calculos in renibus esse fatentur, quæ adultis potius obstruuntur. In uefica autem pueris magis calculus solet concrecere, quod testatur cruda & subalbida urina cui subsideat arenosum. *Pruriunt laborantes crebro*, & contrectant pudenda, intenduntq; & continue in urinam propellunt, ac stillicidio ueuantur. Materiam calcularis creandis suppeditat crassus terreusq; humor. Effectrix 20 iporum causa est ignea renum, aut uefica caliditas. At in renibus quidem medicamentis uti constenit, qua calculos confringunt dissecantq;. non autem manifesto calefaciunt. Talia habentur basiliosum asparagorum radix, rubiç, uitrum combustum graminis radix, adiantum, bdelium, lauri radicis 25

Cortex, altheæ semen, cicer nigrum, arietinum, spons
giarum calculi, acetum scillites, phu, meon, asaron, caro
pesion, saxifraga, Sion uero, & elu, & potu prodest, scos
limi radix, erysimon, & prionitis, balneis autem uti cre
bro licebit, & postea statim quædam ex prædictis bibe
re. Cæterum resperiones, cataplasma, fatus, infessus,
relaxantia & quæ leniunt, ex colicis huc transferre con
uenit. Composita potionis sunt, rata sylvestris, maluæ
sylvestris, apii radices, incoquuntur ulmo, & liquor inde
expressus temperatusq; aqua, duobus cochleariis por
rigitur. ALIA POTIO. Balsamifructus, lapidis
spongiarum, pulegii sicci, maluæ sylvestris singulorum
pares portiones, ubi tonsa fuerint, cochlear inde cum
uini temperati cochleariis duobus exhibetur. Item san
guis hircinus inarefactus, clcadæ sicca sine pennis pedi
busq; lapis Iudaicus, qui tecolithos dicitur, ex mulso
in calido balnei solio offertur, tum medicamenta com
posita, quæ ex ipsis præparantur. Insuper, Fusca, nephri
tice, & ad hoc composita, condita. His accedit laudatis
sumum remedium, passer, qui omnium avium minis
mus, solo basilisco appellato maior existit, eiq; similis
colore inter cinereum & uride, tenue rostro in parietis
bus maxime & sepiibus degens. Hic, inquam, totus sale
conditus crudusq; frequenter commanducatus, calcu
los iam creatos per urinam expellit, in posterumq;
generari prohibet. Combusti integro cum pennis
uniuersi per se & cum pipere, phylliq; momen
to ex aqua mulsa potus, idem potest efficere. At
dolorum uero acrimoniam & uigilias bona sunt: re
media Sotira, & Philonis medicamen. iam sanguinis
missio adhibita dolorem saepe leuauit, celeriter calcu
lus emolita. Tuetur à calculis, ne fiant, cibus boni suc
ci, & moderatus, dein exercitia, rarusq; leguminum
omnis generis, frumentaceorumq; usus, item cas
sei, lactis & quæ ex ipsa præparantur, obloniorum,
uini nigri, carnium copia, & omnium summatim

PAVLI REGINETÆ

erasi succi, ac nimis calidorum acriumq; hydrogarorū
dico, & conditorum similium. Hæc enim si obseruen-
tur, non solum lapides nondum creatos prohibent con-
trecere, sed etiam iam factos, confringere, uel exerne-
re idonea sunt, biberetur autem oxymel cum quodā sim-
pliciore urinam citante, ueluti adianto, apio, graminis
decocto. A balneo ieiunus ante uinum aquam tempe-
ratam poterat, ac inter prandendum frigidam superbibat,
si nihil prohibet, ubi praui humoris copiam persenti-
scunt, sanguine detracit, aut purgatione vacuentur. Om-
nium uero præsentissimum est ad calculos arcendos
secundum balneum, aquam temperatam prius bibere,
quam uinum, aut aliud alimentum assumas: ac uesticæ
calculos in pueris, ualentioribus emoliere præsidiiis, de-
lectu, ex supra comprehensis habitu. Quod si impeno-
dio excreuerint, aut ceruici uesticæ impegerint, re Eli sy-
phonis, cathetera uocant, quassatu usus erit, aut etiam
calculi incisio adhibenda, ut in parte chirurgica dicetur.

D E I N F L A M M A T I O N E.

At si inflammatio renes, aut uesticam exerceat, quam ha-
notæ testantur, loci affecti ardor, dolorq; cum grauitate,
febricula, mentis alienatio, uomito bilis syncræ, urinæ
reddendæ impotentia, & præsertim ubi uestica inflam-
mationem experitur: sanguis statim detrahendus est,
utendumq; superfusionibus, quibus leniendi potestas
est, & cataplasmatis ex ruta, anetho, foenugræco, altheæ
radice, clysteriisq; mollibus, & iniectionibus ex oleo, pa-
pauere, adipe anserino. In uesticæ affectu etiam, opii se-
mitobulum cum myrra, croco, & oleo, in aluum demit-
ti, multa q; potu sumi debet, ab his abstineri quæ ualde
urinam citant, ac multa potio uitâda, nisi acris biliofusq;
humor superet, tunc enim potu quoq; liberaliori ins-
dulgendum est ac cumulato, qui ex aliquo citra rosio-
nem, urinam mouente, sumetur. Seminis lini partes duas
amylis pars una, coquere ex aqua datur, item cucu-
meris & peponis semen. Cum ardorem igneum re-

nes sentiunt, linimenta ex uino rosaceo, uel aquaro
 facea, uel melino superaccommodantur, aut cera
 tum ex cera & rosaceo, chamæmelino; uel melino
 & luteis ouorum confectum cum aceti paululo, uel po
 lygoni succo imponitur. Postea etiam medicamentum
 quod à succis diachylon dicitur, cum chamæmelino
 adhibetur, calida nimium uitanda, quod uomicam sus
 scitent, item quæ impendio refrigerant, quippe ab his
 renes facte in duriciem occallescunt. Ad hæc balneis,
 cum inflammatio instar abstinentia: uictus qui in feo
 bribus dari solet, & ab inflammatione arcenda nomen
 sortitur, utilis est.
D E A B S C E S S V E T E X V L C E S
 ratione partium per quas urina descendit,
 Dolores circa ilia oborti, horror inæqualis, & febris
 inordinata, abscessum in renibus fatentur. In uesica aut
 præter commemorata, loci cruciatus testatur. Cæterum
 affectus rerum, hac nota deprehenditur. si homo in sa
 num recumbens latus, in opposito percipiat dolorem
 reu quodam ex tene suspensi in quibus utendum est
 in seisu ex hydriego, item cataplasmatis ex polline, oleo
 & resina uel erui farina, cum melle, uel cardamomo uel
 columbae stercore, cum fistic pinguisibus. Pus autem per
 urinas confarctim excretum, abscessum esse ruptum, &
 ulcus in particula ostendit. Quoniam uero etiam sine
 abscessu, instrumenta per quæ urina fertur exulcerationi
 patent, uase, aut rupto, aut exeso, materia acti uel lapide
 perrodente, distinguenda est rerum exulceratio, ab ea
 quæ uesica exercet, uel meatus quos *σφυτίας* uocat
 hoc pacto. Renibus quidem exulceratis in lumbis dos
 lorem cum grauitate & sine impedimento urina reddi
 tur, cui pus mixtum reperitur, carnis particulis innata
 tibus, uesica autem exulcerationem experta, tormatum
 uehemens in pube imoq; uentre mouet, urinæ difficultas
 urget, pus ubi redditu est, subsidet, squamulæ foedi

Q iii

P A V L I E G I N E T A

odoris, uel laminis similes insunt. Porro furfuracea subſidentia uescicam scabie laborare notant, si meatus urinæ ſunt exulcerati, etiam puris mixtura medio quodammodo habet, & pilis ſimilia potius in lotio feruntur, laborq; medianam inter renem & uescicam, regionem oculi cupat. Si autem pus aut sanguis excernatur, idq; citra urinam, nullius particulae ex prædictis, sed pudēdorum exulceratio significatur. Itaque cum uasa urinæ dicata exalcerationem ſentient, aqua multa bibitur, aut ſcenu graci decoctum cum melle, aut cucumberis ſemen cum paſſo. Pus reddentibus per urinam, bolus armenus datur, aut ferularum combuſtum cinis, quantum tribus digiti comprehendit potest, ex paſſo, item laetus potio uehementer his auxiliatur. Composita autem hæc, ſeminis lini, ſeminis cucumberis, tragacanthæ, ſingulorum drathmæ duæ: paſtilli ſinguntur.

A L I V D. Nuclei pinel numero uiginti, cucumberis domesti ci ſeminis granæ quadraginta, amyli, thuris, nardi, ſingulorum drachmæ, ſeminis apii drachmæ quinq; Nardus, apium, in aqua ſextario coquuntur, mox horum iuri reliqua miſcentur, poſtea cyathi duo potui dantur. Archigenes in epiftola ad Atticum iubet, cum urinæ difficultas urget, papaueris albi torridi ſeminis detriti drachmam unam capi, quæ decocto iuncit rotundis, aut calami, aut dulcis radicis inſpergatur. Dolores autem ex ulceribus contra ſcrip tum ſtos hoc lenit: cucumberis domesti ci purgati ſeminis eſt. Item grata numero trifta, nuclei pinel duodecim, amygdala Ale xader la amara corticibus exuta trifta. quinq; *lapathi ſemi nis, apii, akerci ſeminis, ſingulorum drachmæ tres, cico exēplari ſe ſeminis, drachmæ quatuor croci quantum ad colo utroq; de rem ſatis eſt. Jejunus quotidie affuumt cū lacte, aut paſſo. Mitius erit ſi pro nucleis pineis maluę ſeminis æquatur ex Ga leno & Alexandro Instaura ta. Ego uero in uetustioribus hoc uulſus, nunquam aliud desiderauit: chamædryos, chamaçpyeos ſingulorum

LIBER TERTIVS. 126

drachmæ uigintiquatuor; asari; piperis albi singulorum
drachmæ septem; cinnamomi drachma; optime detridit
cochlearia duo ex passo cretico; porrigo; si febris adsit;
ex aqua cyathis tribus; ubi uero mordax est exulceratio
vio; etiam amyli diabibus heminis & cucumeris seminibus
quindecim adiectis; uoti compos euasi. Hæc quis
dem ex Archigenis scriptis sunt. Item medicamenta
diaphysalidon; id est; ex uescicaris & antidotum ex sylue
stris maluæ semine; nec non ex tragedatis confectum
benefacit. Pubi pecciniq; cerata imponuntur ex hysso
po lota; butyro; adipe anserino; styrace. In uescicam au-
tem infunditur clysterio mulsa dilutissima; uel lac cum
paullo mellis; uel cum cucumeris semine; uel candido
oui liquore cum pompholige uel dictorum medicina
minum aliquo. Si ulcus pascendo serpit; pastillus ex cae-
ta immittendus est; aut Bithynius; cataplasma ex palmu-
lis & uuis passis cum galla; acacia; hypocistide; & alumine
debet imponi.

DE SANGVINIS RENVM
PROFLUVIO.

Renes infirmi lotium subinde retinere nequeunt; sed
patientes redditis sanguinis nonnihil ex uenæ ore la-
uant; aliasq; crassificies remittunt. Sæpe renes etiam ius-
ta circuitum quemadmodum ora uenarum in ano ex-
tantia $\Delta \mu \rho \rho i d$ & dicunt; sanguinis profluui labo-
rant. Inaniti subleuantur; in quibus nihil subito tentandū
est; si sanguinis cursus sistatur. At si fluxus eius perseueret;
ret; uena in cubito aperitur; ac medicamentis quæ ad
sanguinis sputum; aliaq; ipsius profluuiia inscribuntur;
in renibus ac uescica sanguinem fundentibus; utendum
est. Præclare facit symphyti radix; & tragacanthum uis-
no maceratum. Ad hæc polygoni & platanus succus;
cū posca; aut amygdalana amara cū passo. Vel hoc ali-
minis seisi drachma; tragacathi drachmæ duæ; gumi
oboli qnq; ex passo; crudaq; polenta illinitur ex posca;

Q. iiiii

PAVLI AEGINETÆ

& rosaceo, aut cataplasmæ ex palmulis & pane filigree
neo cum acacia, uel hypocistide, in uino astringenti, uel
polca decoctis. Cum uestica cruentem edit, etiam cucurbitulas
in illis & coxædibus dehigemus. Cæterum par-
ticula quæ sanguinem fundit, hisce notis agnoscitur, los-
ci dolore, & quod sanguis urina miscetur, aut econtra-
rio, ueluti in pure comprehensum est. Concretus in uesti-
ca sanguis inde adeo deprehenditur, quod post illum
urina subito cohibeatur, & fibræ quædam (ut uerisimile
est) aut humiditates cruentæ emanent. Datur autem
potui artemisia dilutum, heliochrysiq; uel cunilæ, uel
radiculæ semè, uel liquor silphii, uel cyrenaicus, uel apil
succus, singula in acetô temperata: aut leporis coagulū,
aut hinuuli aut hœdi in oxymelite, aut myrrha stillatis-
cia cum oleo, spōgiaq; à fortis ex miria, uel myrrastil
latice calida accommodatur. Quod si uitium his non
abigitur, securatur pubes, quemadmodum in calculosis,
ablatisq; grummis commode curantur.

D E R E N V M D V R I T I A.

Quæ duitis in renibus contrahuntur, nullum sane do-
lorem mouent, sed uidentur renes ipsi tanquam ab
illis suspendi, coxae stupent, crura vacillant, urina
modica egeritur. Totus deniq; habitus iis potissimum q;
aqua subter cuté laborant, similis est, hi emolliuntur ce-
ratis, malagmati frictionibus et fomentis. Ad hæc que
uritham client, allumuntur, aliudq; subduci cebet.

D E D I A B E T E.

Cum potio, protinus qualis assumpta est transmittitur,
diabetes uitium appellatur. Qui igitur eo sunt occupa-
ti, immoda siti conficiuntur, unde quoque dipsocon,
Græci idé mali nominant. Origo ipsius ex retētricis re-
nū facultatis impotentia contrahitur, attractricis autem
tanto robore, ut totum corpus ob immodicum calo-
rem exhaustat. Itaque aduersus hunc pugnantis, ci-
bum pleniorum, quiq; difficulter confici queat, nec
liquidus sit, offeremus, ueluti alicam cum rosato,

uel rhodomelo, uel aqua mulsia uel uino non uetusq;
 uel alioqui calido. Ex oleribus autem intybutum, serim, la
 etucas, inter pisces erunt saxatiles: suum petunculi, uulue
 pira, poma mala punica, & frigida potio. Item polygo,
 5 ni succus, helenium q; recte iplis propinatur ex uino nis
 gro, palmularum q, & myrti dilutum, præcordiis & renf
 bus illinitur polenta ex aceto rosaceo, folia uitis, cotyle
 donis, parietariae, portulaca. Sudores excitandi, uomis
 10 tusq; à potu frigido, omnibus quæ urinam mouent, ab
 stinendum. At sanguinem per initia mittere non fuerit
 alienum.

CUD DE STILLICIDIO VRINÆ

MIXTUS & eius difficultate.

Cum neq; inflammatio, neq; calculus, neq; aliud quip
 15 piam ex prædictis infestat, urina autem acris, totusq; ha
 bitus appetet, uel etiam reliqua signa bilem testantur,
 ex hac uel urinæ difficultas, uel stillicidium contrahitur.
 Quare ex usu sunt quæ hanc inalterant contéperantq;
 20 ptisanæ tremor, pisces balnea uitiusq; idoneus: acris ui
 tada sunt, uinum, exercitia, ira & tarda comedio. Q uod
 si urinæ tenuitas, alborq; & reliqua signa frigidam fateo
 antur intemperiem, conueniet uinum calidum, condita,
 tum quæ urinam carent & medicamina & cibi. ad hæc in
 25 sessus calidores. At si præter alborem, etiam crasticies
 in urina appareat, pituitosus humor censendus est, qui
 ceruicem uisceris obstruxerit, ubi utendum est oxymeliq
 te, tum decoctis hyssopi pulegii, uel origani, uel thymi
 uel silphi cum aqua mulsia, item superfusionibus calidio
 ribus, siue autem humor crassus, siue calculus, siue gru
 30 mus, uel eius generis aliquid obstruens, urinæ transfum
 impedit, siphonem rectum indere ex usu est, nisi partis
 culæ inflammatione prohibeat. Porro in febribus urinæ
 difficultati medemur, superfuso tutaceo, uel anethino,
 uel ueteri oleo. Si aliud astricta est, iniicitur ab inferios
 35 tri parte decoctum scenugræci, uel maluæ, uincitq; insis
 dere ægotantes in hydreleum, uel aliquod distillatum

PAVLI AEGINETÆ

Speciemur decoctum cum oleo. Ceratum hoc magnificè proficit, sylvestris malvae radices in sicyonio cù aqua modica decoctæ donec frigant, ipsa quidem proicitur, succus autem oleo miscetur, ut quarta pars, cere & castoril quantum sufficit.

DE VESICA RESOLVTA.

Vesicæ resolutionem nunc urinæ difficultas, nunc spontanea ipsius remissio comitatur, ut in ipso capite de resolutione supra expositum est.

DE URINÆ INCONTINENTIA.

Musculus, qui certicem vesicæ mouet, relaxatus, hoc mali generat. Quare pueris etiam maxima ex parte solet accidere. Itaque roborantibus potissimum uti conuenit, exempli gratia, cœnæ o calido & similibus, obsunt etiam quæ ualide refrigerant: calidis fouendi potius ægri, quatenus fieri potest. Etenim refrigeratio uenit a resolutionis uim molitur, naturaliter autem hæc uitio huic opitulantur. Gallinæ guttur combustum leuino bibendum in aqua tepida præbetur, uel leucanthemi flores si militer, uel seporis testiculus tostus ex uino odorato contra hæc uitia bibitur. Et calamintæ myrræ q; ante coenam potio salutaris est, uel rutæ sylvestris semen torrefactum per triduum exhibetur. Cæterum pudenda eius q; hoc detinetur uitio, cimolia cum succo herbarum perdici perunguntur.

DE IOCINORIS AFFE^{bus:} Cap. XLVI.

I Ecur pluribus uitiiis opportunum est. nā modo imbecillitas, modo inflammatio, modo erysipelas, modo scirrus, modo abscessus afficit. Interdum exultatio, interdum obstruacio exercet. Primum de infirmitate ipsius dicendum est, à qua proprie iocinorosos non minare ægrotantes consueuerunt. Si ergo aliutis in cretorem conuersa uerum liquidiora deiiciat alimento minus probe, aut neutiquam in fecur digesto, sic tamen ut uenriculus à noxa sit immunis, attractricem uisceris

facultatem infirmari suspicio est. Si uero in eis recens ca-
to lota esse uideatur, alteratricem, tum eam quæ sangu-
ni creando est dicata. At si calida male habet intempe-
ries, recrementum alii temporis spatio foeculentius ap-
paret, adeoq; foetidū, bilis colore suo insignis, crassaq;
descendit, quando etiam iocinoris substantia, totumq;
ipsius corpus absumitur, urget febris, cibi fastidium, &
biliosus uomitus. Cum autem frigida affligit intempe-
ries, neque frequens, neque copiosa aliud est: quippe af-
flectus longius prorogatur, & certis diebus ueter cumu-
latus deiicit, sed minus foetida seu sanguinis crassi foet-
idem, ut prope atra bilis uideatur. Item varia defectio ac
figuratio, frigidam notat intemperiem, in qua febris lan-
guida appetet, facies non collabitur, maior ciborum ap-
petentia inest. Horum uittiorum alterutri si accedat siccitas,
recrementa erunt sicciora, magisq; ægri sint, si hu-
miditas, liquidiora & copiosiora, tum sitis minus exca-
iat. At si inflammatio iecur infestat, omnibus quidem
ex æquo dextra darte sub præcordiis dolor est: idemq;
ad iugulum supra, ad costas spuriis infra peruenit. Huic
dolori accedit febris acuta, tussis siccâ, sitis, cibi fastidium,
spiritus difficultas, lingua primo rubra appetet, mox nî
gra, interdum bilis euomitur, & aliud non respondet.
Quoniam autem similia pleuriticis signa existunt, quo
modo hos ab illis discernas, capite de pleuritide com-
prehensum est. Si uero Erysipelite iecur confluetur, in-
flammatio ardorq; glisct, tabes comitatur. Quando
caua iecoris pars priuatam sentit inflammationem,
nausea adest, uomitus, cibi fastidium, & ardor in-
tenditur, anima deficit, & saepe eadem visceris re-
gio refrigescit, ut aqua subter cutem transfundì inde
incipiat. Rursus si gibbam ipsius regionem inflam-
matio exerceat, præter alia superius commemorata,
tumor quoque manifestus in superficie oculis & tactus
conspicuus est. haec quidem ualidam grandemque in-
flammationem testantur, si obscura quædam fuerit,

PAVLI AEGINETÆ

iubebimus ægro, magnam edat respirationem. Et si de
 xtra parte præcordia dolere afferat, moderata iecoris
 inflammatio censebitur. Quod si oblongus inflammatio
 nis tumor, qua musculi abdominis recti porrigitur
 appareat, sed ita ut nullum ex prædictis adsit, illos ipso[s]
 eadem occupari agnoscemus. Verum si grauitas, disten-
 tio, dolorq[ue], dextra parte sub præcordii lentiatur, nullo
 substante tumore, nulla febri urgente, uenarum signatur
 obstructio, quæ uenæ portas & concava locinoris perre-
 ptantes iis quæ per gybba ipsius excurrent, committuntur.
 Itaque si in abscessum erupit inflammatio, dolor
 & distensio ipsius increvit, rigores sine ratione accedunt,
 dolentesq[ue], locinore, in sinistrum magis latus decumibe-
 re nequeunt, rupto autem abscessu, uel per urinas, uel p-
 aluum cumulata puris subluities prorumpit. At si tumor
 in duritiem quam ^{enippo}¹ dicunt Græci, deciderit, dolos-
 tes quidem remittunt, sed tumor cum duritiæ est conspi-
 ciuus, quæ ambiant partes extenuantur. & tempore pro-
 cedente difficulter poterunt discerni. Quippe aqua fin-
 ter cutem protinus comitur, & tota præcordia humis
 ditate continguntur. Itaque aduersus calidam iecoris in-
 temperiem, refrigerantibus, tum iis quæ uiscus medios
 criter conseruent, uti consilium est. Id autem præstat ses-
 ris & cichorium, interim crudum, interim coctum, cum
 coriano assumptum, item decoctum ipsius, succusq[ue] es-
 potus, denique mulsa iniectus & calidis, & frigidis loci-
 noris uitio opitulatur. Eiusdem generis sunt, intybus es-
 sculenta, & cicerbita quæ sonchos Græce dicitur. Bene-
 fit etiam mali medici cyathus in aquam mulsum de-
 * Galenus
 habet oc-
 missus, similiterq[ue] silicis succus. At si cum obstructione
 to. Alexā-
 mediocris affligat intemperies, ea ex uino quodam teo-
 der addit nui, & quod uenæ mouende est, porrigitur. Catapo-
 intybi-
 drach-
 mas tres. cito dantur ad nucis auellanæ magnitudinem, quibus
 aquæ calide cyathos tres superbibere conuenit, iam ex

Opio & semine alterci confecta propinuantur, ipsumque
 Philonis antidotum, In quibus calor intenditur, etiam
 rosaceum primi meriti ipsis, uel melinum potui datur.
 Et si, pisanæ tremor, uel chondrum cum hydrorosato,
 similiter panis ex aqua, cum quadam id genus dulci
 potionē. Et summatis cibi erunt, qui medicriter refrigerant,
 non obstruant: uinum omnino circunciditur, nisi
 alteram ob causam, nempe stomachi imbecilitatem,
 hoc requirant: tum enim, tenue & qd Græci ολιγοπον
 uocant, & dilutum aliquod exhibetur. Ac Erysipelas
 quoque in eum modum curabitur. At ubi iecur perfri
 xerit, contrariis pugnandum est. panis igitur recte cum
 uino assumitur, item brasifca bis terve incocta, castaneas
 asq; esse confert & uvas passas, tum ex gallinis quod
 satis est. V inum ab eupatorio, uel asaro, uel medicamē
 to diapepereon assumpto bibitur. Iam ex iis quæ prius
 ad coeliacos & dyfentericos inscripta sunt, idonea deligē
 debent: cyphoides autem appellate compositiones,
 ad calidas intemperies neutiquam conuenient, nisi mo
 dica quadam caliditas cum humiditate copioſiore ob
 orta fuerit. Cæterum ad frigidas optima fūnt remedia,
 magisq; si cum humiditate, aut iecoris obſtructione eue
 nerint. Si uero obſtructio ex crassis glutinosisq; contra
 eti humoribus fuerit, myocantha & præsertim huius fru
 tus datur, item lauri radicis cortex, eupatoriumq; ex
 oxymelite, uel lupinorum amarorum decocto cum ru
 ta & pipere. Ad hęc farina lupinorum pota, & capparis
 radicis partes duæ, costi pars una cum ulno, & medica
 mentum diabacanu ad obſtructions quas crassi uisco
 siq; humores excitant salutariter sumuntur: præterea iris
 & pistaciorum fructus cortexq; martubium insuper a
 mygdale amare, & ex ipsis pastilli, dracunculi, ariq; ra
 dix, agaricum, acetum liliates, oxymel, iecur iupi, aridū
 tritum, & cochleario datum, omnibus iecoris affectibus
 ex uino dulci succurrat, item antidotum Theodoreum
 efficacissimum est iecori obſtructo, indurato, inflamma

PAVL V REGIN ETAE

toq; diu. Idem colicis & ictericis auxiliatur. Similiter etiam picra ex oxymelite. Cibi his dandi sunt calidores & qui aperiundi facultatem habent: nempe porra ex oxymelite, plaustris asparagus, & capparis, reliquaq; obsonia ex condimento aliquo calefacente, quodq; meatus distendat, incocta. Vinum tenue ac uetus utile est, ut iuncta sunt alimenta crassi succi, balnea crebra, eaq; possitissimum à cibo. Si morbus in uetus statem incidit, etiam uenæ sectio purgatioq; adhibenda, si nihil prohibet.

Cum autem iecur inflammationem experitur, sanguis ex cubito dextro intrepide mittendus est, & copiosus si uires sufficient. Extrinsecus farina hordeacea, & foenu græci, & semine lini cum palmulis uiscus illinetur, uel malis cotonii, meliloti flore, absynthio, chamæmelino. Illud autem in summa præcipiendum est, ut astringentia emollientibus semper admisceantur. Epithemata uero inici debent, tum quod ad Nileum authorem referunt, tum quod à grato odore euodes dicitur: item Phis lagrianum & Apollophanis, necnon ex melilotis confectionum, denique quod coptum appellatur. Porro ad maximas inflammations hoc ualde experientia comprobatum est: absynthii comæ, nardi gallica, asari, croci, singulorum uncia, iridis, myrræ, styracis bdelii, amomiaci suffiminis quod thymiana appellant, singulorum uncia duæ, medulla uitulinæ uncia quatuor, cerasi, lentisci librae quatuor. Ad hæc oxymel ipsius dandū est, simpliciaq; auxilia, nempe, asarum, nardus gallica, uel indica, juncusq; odoratus, rotundus, petroselinum. Alius irritanda est, urticæ, uel mercurialis, coctorum esu. In declinatione morbi, epithymum & polypodium ex mulsa porríguntur, aliusq; inaniri postulat per clysterem, initio quidem ex aqua mulsa cum sale, uel nitro, facta autem inclinacione, miscetur hyssopum, uel origanum, uel cnicum, uel centaureum & cucurbita sylvestris. Causa iecoris pars per aluum: gibba per urinas ex purgatur. Alimentum his dabitur, tremor ptisanæ, in

quo apium decoctum sit. At inflammationis quæ Erysipelas naturam referat, curationem superius sumus excutti. Abscessu autem facto ruptura adiuuanda cataplasmate trispermo, cum resina, manna, pice, radicibus alii theae, co umbe fimo, capillo stercore: præbibitur autem ius polli & fumariae, item ius thlapiæ ad tertias decoctiones uel cichorii, & chamedryos radicis, uomicaq; facta, multa conuenit, & quæ in renibus exulceratis commemorata sunt. Extrinsecus imponitur medicamentum Mnaei, reliquaq; emollientia. Item Icefion, uel quod salicibus constat. Si uero iecur induratum fuerit parum in medicina spei est effectu in aquam subter cutem decidente. Attamen emollientibus admiscendasunt, ammoniacum, bdellium, medullæ, adipes, & qua his similem potentiam obtinent. Potiones expedient, quæ angustias uisceris recludunt, absterguntq;. Huiusmodi sunt Qurinæ etiæ, & calculos confringunt. Ad hæc q; nuper ad iecoris obstruktionem dicta nobis sunt, & cibus nimirum convenienter adoptatus.

DE MALO CORPORIS HABITU,
qui cachexia dicitur. Cap. XLVII.

Principia aquarum cutem lubeūtium, uocare nostri malū corporis habitum, Græci καχεξίαν conuenunt. Auxilium est, nisi aliquid impedit in sanctis detractione, quæ paulatim ad tertium quartum diem producitur. Sed uacuandi sunt potissimum, qui haemorrhoidibus, aut menstruis non respondentibus in morbum inciderunt, quemadmodum iis qui copia uitiosorum humorum laborant, uacuatio sanguinis perueniam noxia est: purgatio autem ex hiera, quæ sylvestre cucurbita recipit, p; multū utilis, uictus erit tenuis, & siccus. Aquarū naturaliū usus adhibebitur, primū alumina nosarū nitrosarū q;, mox sulfurosarū: pluribus diebus interpositis aliud balneum eccōmodatur, uarioq; exercitatio generi creduntur ægrotantes, maxime aut ei, q; per medicos aliquas, id est, reuictores administrantur;

PAVLI AEGINETÆ

postea autem ueratrum assument: mitifice quoque ius-
uat ipsos & absinthii potio, & cottabisini, & dropaces,
Si affectus in hydropeum deciderit, aquæ subter cutem
curationi subiicitur, quemadmodum exponemus.

DE A Q V A I N T E R C V
tem. Cap. XLVIII.

CVm iecur interim primario, aut uehementer perfrixerit, aut inflamatioe, aut duritia, aut alio implicitum affectu fuerit, interim lege consortii qd cum aliis partibus habet, sanguinis elaboratio non succedit, ac uitium aquæ intercutis quod hydrops Græce dicitur, inde contrahitur: a quo nonnunquam sanguinis copia cum humidi momento intra membranam, qua peritonæos appellatur, & intestina colligitur, ut abdomen percussum tympani modo crepitum elidat: quatione etiam tympanias nuncupatur, qui stomachi, alii, & longanoris inflationi, febribusq; longis superuenit. Est cum peritonæi, aut uulux in mulieribus dñe, aut scirro confletur. Aliquando rursus humorum cum paucissimo spiritu abundantia, in eisdem regionibus tanq; in ure quodam conseruatur, unde malum, alcites non minatur hydrops, & ipse ex causis quas comprehendimus, contractus. Plurima uero ex parte, tum liene, tum iocinore indurato, occallescenteq; item ex longis intestinorum profluiuis oritur, in quibus uenter intumescit, reliquum corpus quod alimentum non sentiat, consistit. Nonnunquam etiam in tota corporis mole frigidior pituitosiorq; sanguis continetur, qualis partim a recore descendit, partim ex tota carne corporis ueluti in aquam resoluta emanat, ut corpus albidum, & pituitosum emortui instar appareat, uocaturq; hydrops leuco phlegmatias hyposarcidos, uel analarca. Quem lenta febres, malus stomachi habitus, haemorrhoides diu suppressæ, fluxus muliebris, spiritus difficultas, uigilæ insomnæ, & sine ratione oborientes, causæq; his consimiles mouentunt. Curatio igitur communis ab euacuatione incipit:

incipit. Verum ascites & tympanias appellatus medica
 mentum requirit, quod aquam educat. Cui autem ana
 farca nomen est sanguinis detractione succurritus, ma
 xime si affectus origo ex haemorrhoida est, aut mestrus
 5 neutquam respodentibus, nisi malo habitu praediti san
 guinem emiserint. Et hic igitur in his qui malam corporis
 habitudinem fortiti sunt, per uices tentanda est uacua
 tio. Deinde sterlus bouis gregarii aridum exacte tritum
 coctumq; in posca, uel oxymelite, sulfuris q; pars quar
 ta superinspersa, toti uentris capacitatii iniciatur, uel sterc
 cora capilla in pueri urina, uel caprae luti crastitie apa
 plicata, per uentrem summe ipsos purgat. Item cataplas
 matis utendum ex fermento, ficsis pinguisibus, calce, ni
 stro, iride, cardamomo, sulfure uiuo, ammoniaco, baccis
 15 lauri, agresti uua, columbarum ruralium finio, uel omni
 bus, uel quibusdam ex his cum oxymelite. Post quae
 epithema spongium appellatum ex caprillo stercore
 mirifice humiditatem uacuat, tum per latentes meatus,
 tum per aluum. In sequentibus diebus emplastra per
 siccantia imponuntur, tum quod ex salicibus est, tum
 quod icesium dicitur, uel quod Cureo ascribitur, uel qd
 ex baccis lauri factum est, uel polyarchium, uel epithea
 ma ex seminibus præparatum. Atque hoc indubie mis
 rificos præstat effectus, quod sequitur, quippe humores
 ex alto eripit: lapidis pyritis, sulfuris uiui, guttae ammos
 niaci, singuloru drachmæ duodecim, cumini drachmæ
 sedecim, nitri drachmæ duodecim. Excipiuntur cera
 modica, & terebinthina, pelliq; illita, toti uentri impo
 nuntur. Ius radicis adæcæ decoctæ in uino potui da
 tur, uel cucumer sylvestris uino austero maceratus per
 triduum, cyatho uno propinatur. Accesio autem fit
 quotidie usque ad cyathos tres. Hoc quod subiungit
 tur, uaria constat mixtura: balsami, nardi, casiae, cumini,
 dulcis radiculae, hyperici, iuncis rotundi, asari, dauci, amo
 lis, myrræ, petroselini, calamii aromatici, piperis, sefeli
 lis, spondiliu pares portiones, faciunt autem bene etiam

PAV. AEGIN.

R

PA VI LÆGINETÆ

singula perse & omnia quæ urinæ ciendæ similem fa-
cilitatem obtinent. Cæterum scilla tosta , cum melle
trita & linctus modo exhibita,sine grauitate urlnâ mos-
uet; coquetur autem ex aqua potabili, id quod subiun-
gam præcipue bonum est: interioris scillæ pondo duo
in uini austeri sextariis tribus adusque tertias incocta
porrigito ex uino quotidie, orsus à mystro usque ad un-
ciam. Itud urlnam optime prouocat, quod recipit ali-
minis liquidi circa fabæ magnitudinem: ubi aqua di-
lueris, linteoq; percolaueris, ad tres dies propinato , uel
ad unum. Conuenit etiam his picra ex oxymelite. Ad
hæc Theodoretus,& ex amaris amygdalis pastillus.
Plura uero aquam educunt, sed hæc uilus comproba-
uit. gnidia grana quadraginta, aut quinquaginta , uel la-
thyrides uiginti, aut triconta, uel euphorbiæ siliquæ quin-
que, aut septem, uel squamæ æris drachmæ duæ, aut
tres cum micis panis excepta, ac in orbiculos digestæ,
uel sambuci radicis corticis succus epotus cum condi-
mento, uel chameleæ foliorum, æris combusti, anisi sin-
gulorum par modus datur in aqua , per initia quidem
drachma una, diebus aliquot interpositis etiam due, aut
plures. Atque in sequentia, mirifica sunt catapotia: aloës,
euphorbiæ, cocci gnidiæ, singulorum uncia , rhei semuno-
cia, excipiuntur succo brasicæ , fingunturq; catapotia,
dantur siliquæ septem, aut nouem. Antidotum ex gas-
triophylo , aquam mirabiliter elecit, iam uinum quod
aquaæ educenda est, dare tentabimus. Est autem infra
scriptum medicamentum ad id efficacissimum , scillæ
unciae tres, seminis apii, capparis radicis corticis , pipe-
ris, singulorum drachmæ quatuor, cocci gnidiæ decorati
cati drachma, phylli drachma, malabathri galbuli duo,
uini optimi hemina duodecim, mellis crudilibræ sex.
Contulsa colataq; uino perfunduntur, scilla simul leuis
gatur, dantur cyathi tres: post humoris euacuationem,
etiam theriaca utendum est, & stercoris buboli usi co-
chlear ex uino potum quotidie strenue auxiliatur.

Item. clysteres adhibendi acres, nisi uenter sua sponte
humefcat: tunc enim exicare ipsum magis conuenit.
Portio in mulieribus quas aqua subter cutem magis
le habet, etiam pessus hic utilis est. Anisi, cardamio-
mi, cumini, nitri, aristolochiae, foenugraeci, pulegii,
ficium interioris pares portiones lusino excepta ins-
ponantur. Secundum haec aquis naturalibus, uti con-
tinenter expedit, ad haec ut exerceantur, fabuloq; &
arena faburrentur, reliquis balneis abstineant. Quod
si uero interim lauent etiam, utentur in lauacro nitro,
sale, sinapi, calce & persimilibus inspersis. Haec sane uel
contra lauationem utilia sunt, aridaq; cum oleo uentri
adfricata. At si id uitium est, cui analarca nomen est,
reliquas partes exerceri, quatenus licet, oportet, & sic
cas ad solem perficitur. Reliqua uictus ratio siccior
assumetur. Cibus itaque erit falsamentum, sinapi, &
allia: ex aubis sylvestres, & siccæ magis. Inter olera
asparagus, bis acutū, porrum, sinapi, caucalls, reliquaq;
sylvestria. Obsoniūs miscebitur sal theriacus, uel ammos-
niacus: uīnum uetus, tenue, ad urinam mouendam
efficax recte bibitur. Sin autem facultas datur, ex ma-
rina aqua confectum, deinde potio liberalis uitanda est,
aqua in totum. Quod si cum febri aqua subter cutem
inuadat, caldioribus acrioribusq; cibis & auxiliis ab-
stinetur, ubi permixta sunt uitia, uehementiori succure-
rendum est, si uero id morbi genus est, quo uenter so-
nitum edit, Tympanias uocatur, purgantia, & qua-
tius uersum corpus emaciant, eligenda sunt, item ad urin-
am efficacia. His autem quaæ extenuare & digerere
spiritus possunt, tum intrinsecus, tum à foris uten-
dum est. Cucurbitulæ leues crebro toti uentri suffigen-
tur, sin id uitii male habet, in quo in uterum aqua cōtra-
hitur, nisi prædictis cesserint remediis, cute compuncta
pernicioſus humor elici debet, quod nulli alii aquæ
subter cutem generi conuenit,

PAVLI AEGINETÆ

DE LIENOSIS. Cap. XLIX.

Lien atrae bllis excrementum, ceu limum sanguis, nis ab iecinore elicet naturaliter: Eis facultas attractrix, si infirma fuerit, meatusve obstractus per quem illud prius euadebat, sanguine impuro per totū se corpus spargente, atrum morbum regium constituit. At si lienem grauitas & distentio, uel etiam dolor exercet, meatus obstrusio ostenditur: si nihil horum euenerit, attrahendi potentia imbecillitas. Quinetiam si atrae bllis uomitus sine febre aliave malignitate oboritur, retinendi potestatem laborare indicium est. Sin contra, non attractrix naturæ uis, sed expultrix ægrotet, cibi fastidium accidit. Haud enim amplius atrae bllis excrementum, quod appetitiae excitandæ est, ab liene ad uentriculi ostium defertur, eoq; in liene obstruendo obleptoq; , inflammatio primum, cuius notæ sunt, ferior, dolor & distentio, excitatur, quæ paulo post in duritiam tumida, scirrus dicitur, occallescit, sic ut ferior quidem dolorq; finierit, tumor autem cum duritia maneat. Hoc prescis uitio, os foetet, gingiuæ exeduntur, ulcera in cruribus ciatricem non recipiunt, ob quæ simul affectio iecinore, cutem subeuntes aquæ colliguntur, sicut comprehensum est. Itaq; intemperies ipsius eandem cum iecinore curationem postulat. Si adeat inflammatio, sanguis à cubito sinistrore, uel ab extrema manu dimittendus est, eo quod reuulsio longioribus interuallis fieri debet, at, uel etiam propter naturæ quandam confinitatem: deinde quæ citra evidentem calorem extenuant, illinen-
tur, admixtis quibusdam etiam nunc astringentibus: uis detur autem hanc facultatem habere suapte natura, qui uocatur flos salis. Porro est & hoc cataplasma mirificum, coenugræci triens, farinæ hordeaceæ, cardami, sines golorum uncia, sicutum pinguium libra, uerbenacæ herba arida uncia, fucus, acetō quam acerimo mace-
rantur. Deinde cum aliis iam prius tunsis incoquuntur, postea iterum coquuntur. Vel stercus capitillum

LIBER TERTIVS

131

cum cruda polenta coctum ex posca illinitur. Adhibet
 tor autem si placet, salis florem: ad fouendum cypriño
 cum acetí momento, & malagmatís uitór, primum
 simplicioribus, quale est hoc: Cerat sesquilibra, centaus
 5 rii libra, nitri triquadrans, terebinthinæ, seminis agni, cap-
 paris radicis, singulorum quincox. Quæ liquari pos-
 sunt, cocta aridis superfunduntur, iam quod ad Nileū
 autorem refertur præstantissimum est. Vetus ubi in
 flammatio in scirrum degenerat, ualentioribus uti con-
 uenit, ut etiam cutis summa exulceretur, quale est quod
 10 ex fino capillo constat, & citrinum, huc accedunt Ma-
 cheronis, Curei, item ex baccis lauri confectum, & ex
 salicibus. Quod subsequetur, etiam ipse expertus sum,
 15 auripigmentum uncia duæ, sandarachæ uncia duæ, sauo-
 sum terebinthinæ libra, plicis aride tantudem, galbani
 uncia, opopanaxis uncia, capparis radicis corticis, glan-
 dis unguentariae, singulorum unciaæ quatuor, lachrymæ
 ammoniaci scrupula sex, nardini, uel cyprini scrupula
 20 quatuor. Ammoniacum etiam cum aceto applicatum,
 leni sepe profuit, item potum scrupulis tribus quatero-
 nisve cum uno castorei, si priusquam in lauacru descendat, sicum pingue comederint, sputoq; eam reddire
 rent, uel ammoniaci pars una, castorei tantudem: datur
 drachma, haec etiam ad induratos cum tumore, pro-
 25 ficiunt, quemadmodum capparis quoque cortex ex
 aceto contritus illitusq;. Idem bibitus aceto, uel oxy-
 melite, crassos glutinososq; humores vacuat, interim
 sanguinem. Iam salicis cortex, consimiliter inungitur,
 & enī fabrorum cum cruda polenta ex oxymelite illi-
 30 tus, item centaurei succus à foris impositus, epotusq;,
 & lupinorum amarorum decoctum cum ruta & pi-
 pere assumptum, nec non farina ipsorum illita, &
 aqua in qua candens ferrum subinde extinctum est,
 febricitantibus per se data cyathis tribus, febri carens
 35 tibus autem cum uini & acetii cyatho uno, uel lapathi
 sylvestris radicis cum scilla tres oboli, uel chamædryos,

R iii

P A V L I E G I N E T A

uel serpilli acetabulum totum. Vel oxymelitis , anagallis
lidis, quæ coeruleum florem obtinet, duo oboli, cum
posca bibuntur, uel acetum scillites, uel oxymel. Com
posita autem hæc , panatis radicis , guttae ammoniaci,
capparis radicis corticis , struthiei, scillæ tostæ in
terioris æquales portiones exhibentur denarii unus
pondere : benefacit etiam suspiciois , & hydropticis.

A L I V D . Myrica fructus drachmæ quatuor, pipes
ris tātundem, spicæ nardi drachmæ, duæ suffimis am
moniaci totidem. Teruntur aceto scillino, instar denarii
unius dantur ex oxymelite.

A D U L I E N E M I N D V R A T V M .
Cyclamini drachmæ uiginti, brioniae drachmæ tres, di
stamni drachmæ duæ, scillæ tostæ drachmæ octo, stru
thei drachmæ sex, capparis radicis drachmæ sex, pastil
lus triobolaris ex oxymelite porrigitur : & qui ex erica
præparatur, non indoneus est : cibus competit tenuis,
acris, siccus: potio paucissima: adhibendaæ exercitatio
nes frictiones q; & finapismi, interim etiam cucurbitulaæ
cum scarificatu desigendæ.

D E M O R P O R E G I O , Q VI
icteros Græce dicitur. : Cap. L.

R Egius morbus, quem Græci icteron appellant,
bils est per totum corpus suffusio, modo atræ,
de qua in ieniosis à me dictum est, modo flas
ua. Differentiis constat numerosis: quarum cause & no
tae hæ sunt. Siquidem hoc uitii febricitante ægro res
pente ac cumulatim superueniens febrim finierit, criz
sim testatur, materia ex alto foras prorumpente, con
tractum. Medicina non indiget, ut quod balneis & mo
derata frictione subito discutiatur. Si autem cum febri
& biliosis deiectionibus inuadat, & præcordiorum de
xtra parte dolor adsit, feruens iecinoris inflammatio si
gnificatur, cuius ui sanguis in bilem mutatus, per uni
versum corpus defertur. Sin autem feruor citra gra

uitatem in ipso substat, ex sola iecoris calida intemperie, uitum dignitur. Si absque febri alba deiciantur, uescæ fellis malum ostenditur, uel ipsius meatus tum, si grauitate præcordiorum dextram partem premente, obstrusi conserpiunt, sive aut citra illam tuis res ipsorum infirmentur, uel hucus attractrix, quæ humorem atrum ex iecinore elicit, uel illius expulsrix, quæ ad intestina eundem protrudat. Quippe sanguis biliosus non expurgatus, in totum corpus diffunditur, quemadmodum in nigro arquato fieri dicitur, statim uero his etiam urinæ biliosissimæ affectu fatimi excernuntur. Cæterum fit etiam arquatus cum solidæ partes calore nimis intemperato, in bilem degenerant, ratione alimenti, quod ipsis offertur, quemadmodum in aquæ subter cutem genere, cuius nomen anasarca in pituitosam humiditatem est mutatione, uerum hæc talis arquatii discriminis nota est, nisi mirum quod non uniuersus, sed paulatim procreatur, sic ut nullum ex commemoratis adsit. Iam vero noxii medicamenti potus, tum virus extrinsecus a uehenato animali illatum, regium morbum partitum. Cum itaque calida iecoris Intemperie, & inflammatio ne uitiumque robore destitutur, curationem supra comprehendens, ubi de ipso agebatur admouebimus, eamque integrum in hoc transferre caput oportet, ne eadem mali sint repetenda. At si meatus conceptus culi fellis utrique sint obstopiti, uel alter duntaxat, uenam in cubito dextro ipsis diuidi consilium est. Nonnulli uero, tum his, tum illis qui ex iecore inflammato, arquatum contrarerunt, uenam propter minimum dextræ manus digitum, soluunt. Cataplasmata quæ inflammationem arcent, hic utilia sunt, & purgatio ex hiera, nec non clysteres, potu repte datue arquaticis, apii, uel adianthi, uel lapathi, uel serpilli decoctionum ad tertias succus, uel absynthium potionis ins

R iiii

PAVLI REGINETÆ

Spergitur. Praeclare faciunt radiculæ succi cyathi duos, cum uini cyatho uno. Et cichorei succi cyathi bini, uel terni per se, aut cum uino poti. Sed qui fecoris inflammatiōni arquatum ferunt accepum, mulsum bibent, uel decoctum tenuis aristochitæ, uel hyperici, uel adiāthi, uel struthii, uel erythrodani similiter, uel cornus ceri uini scobis drachma, cum uino, uel pastinaci sylvestris decoctum in uino, ut tertia pars superfit, uel sulfuris uini drachma in ovis sorbetur. Haec etiam propter obſtructionem arquato laborantibus valde auxiliantur, se minis autem atroplicis scrupuli octo, cum chrysanthemo, uel alio dulci à balnei ingressu poti, uacuationem magnam præstant. Recte etiam picra datur, & sicca, & ex oxyelite, & Theodoreto. Nam ex amaris amygdalis pastillius commode porrigitur, & cinamomi quā tumultibus digitis comprehendī potest, in mulsi cyatho uno, uel aqua temperata, uel myrrhæ ad fabæ magnitudinem cum piperis granis quinque, tantundemq; cinamomi. Quia uero ex calore solidarum partium intēgriat in arquatum inciderunt, simplici frictione, exercitiis moderatis, uincione & balneis ad sanitatem reducentur, cibo humidu & mediocriter refrigerante cum ptisana, intybo, sero, cichoreo, piscibusq; uino tenui aquo so. Qui ex lethali potionē, aut ex uirulentorum animaſium moribus affectu sunt impliciti, de iis quinto uolus mine tractabitur. Porro si billis oculos faciemq; dehos nestet, elaterii instar erui cum laete muliebri naribus in balneo instillatur, et statim in solium descendit, sed ita ne caput immergatur. Post balneum uictu recreatis, rurſus unguentum in sole, naribus infundito. Benefacit etiā cyclamini succus, porri, et nigellæ. Acutum uero acerrimum naribus attrahat in solio desidens, continueatq; ē pressis naribus paulisper, & mirifice uacuabitur.

DE VMBILICO PROCL
dente. Cap. LI.

CAUSAM umbilici prominentis, & quomodo id
uiti manu curetur, in parte chirurgica docebis
mus. Quoniam uero nonnulli etiam medicamē
tis in naturalem statum redierunt, ipsa hos loco dices
mus. Altuminis scissilis drachmæ quinque, floctum vini
drachmæ octo, rosacei decem, gallæ immaturæ drachmæ
due. Vino diluta, & in mellis spissitudinem redacta
loco affecto respurguntur. Extrinsecus spongia posca
madens superinicitur, & fasciola deligatur. ALIVD.
16 Lomenti, gallæ, balaustii pares portiones, coquuntur in
aqua: ubi dissoluta fuerint, tritacq; diligenter, spongia, ut
prædictum est imponuntur. ALIVD. Plumbi scobis dra
chimæ sedecim, cicutæ, manne, cerussæ, hypocistidis suc
ci, singulorum drachma, uino dissolutis in modum præ
dictum uitior.

QUONIAM modo IMPUBERES IMM
berbesq; diu maneant, & particulae naturales
testesq; ita conseruentur, pilisq; a
boleantur. Cap. LII.

CImolæ cretae, & cerussæ æquales partes, alterci
succo excipiuntur ut sordium spissitudo fiat, de
inde oleo lentilicino quantum sufficit adiecto co
tundito, ac uitior. ALIVD. Cicutæ succum, solani, alter
ci, lupini foliorum tenerimorum, psilli æqualem mo
dum, ubi contrueris, uitior, sed locum prius abstergit
abluitoq;. Oportet autem pridie quam usurpare uelis,
aquam bibere. Medicamentum pilis abolendis dicatum
psilotrum appellatum. Assellorum domesticorum, qui
taeti conduplicant se in orbem, pilulæ rotundissime si
30 milem, Græci καπνιδιον vocant, pondo dena
rii duo, sandarachæ pondo denarii quatuor, calcis pon
do denarii octo, aceti ueteris cyathus. Lixiuia è sicu tan
tundem: coquito in fistili, ac in balneo uitior. ALIVD.
Calcis, ceneris lixiuiæ partibus duabus, auripigmenti to
tidem terra cimolæ à parte una, in aqua coctis quemad
modum explicitum est, uitior. ALIVD. Simplex

PAVLI AEGINETAE

odorisq; expers:cineris lixiu, calci, utriusque sextariū, sandarachæ unciam. Coquito, ut dictum est, & utitur. Porro quæ pilos admant, in oculariis exposita sunt.

DE RAMICVM GENERIS

bus.

Cap. LIII.

CVM intestina peritonæo rupto diuoluuntur, persona est curatio, cum raritatis texturæ uitio descendunt, facilior sanandi ratio est. Ac huic malo pueri potius, ut pote humidioris naturæ, sunt opportuni multiq; adeo citra manus operam medicamentibus impositis, & cœnienti deligatura persanati sunt. Utendum uero est facultatibus infra comprehensis, ubi hoc solum addiderimus, affectus solo loci suu uariare. Quando intestinum etiam tantum supra in inguinibus facet, nostri inguinis ramicem, Graecæ Lyborumq; uocant. Cum in scrotum infra delapsum est, intestinorum rameæ, Graece εὐτεροκαὶ dicuntur. Malicorii igitur drachma decem, gallæ immaturæ drachmæ quinque in uini austeri cyathis tribus incoctæ, & in pollinem coactæ, intestino prius perficato imponuntur: quæ aqua frigida superflua decimo die soluuntur, sed ita, ut æger in lecto maneat diebus tringata bibatq; cupressi decoctum, cu uino, uel eius globulorum tres obolos, ex diluta uini po tione. hoc medicamentum auxiliatur pueris.

ALIVD GLVTINA T R I V M .

Symphyti radicis, marrubii succi, amygdalarum amara sum, gummi pares portiones, ALIVD, Terebinthini pondo fescuncia, ceras, thuris, myrræ, ichthyocolla, cochlearium cum suis testis, singulorum pondo uncia, ichthyocolla in aceto diebus tribus maceratur. ALIVD. Cupressi, galbulorum uncia, gallæ tantudem, malicorii semuncia, taurocolla unciae tres, mannae, thuris semuncia, symphyti tantudem, cochlearum cum testis uncia. Galbuli & malicorium uino astringenti diu incoquuntur.

ur. Et cum reliquis probe in puluerem detritis excepta
in usum accommodantur. A L I V D. Aloes, malis
corii, thuris, hypocistidis succi, glutini fabrilis, picis, bitus
minis, singulorum fescuncia, uini dulcis quod sufficit.

ALIVD. Magis uarium, facit etiam adultis, cum moe-
bus uetus statem nondum senserit: chrysocolla, taurocol-
la, sarcocolla, ichthyocolla, lapidis iagatis, lapidis ha-
matitis, thus syriaci, & coriarii, acacie, singulorum fescu-
cia, lapidis pyritis ignem non experti, ma-
netis coerulei
coloris, aluminis scissi, manna, thuris, singulorum uncia
picis bruisae unciae quinque, cochlearum cum testis uni-
cia plumbi resti quod helcisma dicitur, uncie quatuor
gallae, s quamæ stomomatis, æris singulorum uncia, biu-
minis unciae sex, myrsinati quod satis est. Vino astringe-
te arida excipiuntur. Medicamento tam spissio ut di-
gitos non coquinet, utitor. Q uod si iacere non susti-
neant, triangula ipsos fascia crassiore, quæq; intestina
possit constringere, tuto deligabis. A cibis inflanti-
bus abstinendum, uino copiosiore, crebris balneis,
vehementi motu, nempe cursu, saltu, clamore, & id
genus aliis,

AD AQVOSVM RAMICEM
quihydrocele dicitur, ut humor col-
lectus discutiat ur.

Piperis grana centum, lauri baccae octoginta, nitri dra-
chmæ uiginti, ceræ drachmæ quadraginta, olei hemis-
fæ dimidio exceptis utitor.

A L I V D. Præstantissimum. Lapidis afii flos-
ris drachmæ sex, uuæ passæ acinis uacuæ drachmæ
duæ, cumini æthiopici drachmæ octo, nitri rubri tantum
dem. Trita imponito, souens uesperi & mane: quidam
uero adiiciunt etiam sulfuris drachmas octo.

A L I V D. Calcem balnei sordibus exceptam
cum cerato impones, & paululum nitri calci misce-
bis. A L I V D. Radicis brasicæ crematae cini-

PAVLI AEGINETAE

adipe suillo ueteri liquefacto exceptis inducitur: per trium soluitur. Ne autem humoris magna fiat colluiss es, hoc utere malaginate. Ceret libris duabus & semis se, picea triente, guttae ammoniaci triente, aluminiis liqui difescunca. Proficit etiam medicamentum ex populo & reliqua extrahentia.

DE INFLAMMATIONE TESTICULI

scrotique & alii ipsorum affectibus. Cap. LIII.

Scroti inflammatio hisce agnoscetur notis, si locus leui contactu quamprimum indolescit: feruor, duritiesq; intensa apparent. Testiculo autem inflammationem sentiente non ex leuifactu dolent affecti, sed impactis validius dgitis rubor & durities ipsius persuma minor extare uidetur, altius autem impressis illis, durities occurrit, & febris nonnunquam oritur. Itaque testiculorum inflammationibus proprie eouenit sanguis ex talo dimissus: communiter autem omnibus cataplasmata & cerata, Imponi igitur debent ex lomento dilutu nini mixtione cotto cum uinis pinguibus acinorum ex pertibus & cumino, uel hastula regie radix. Incosta contrita, miscetur polenta æquali, illiniturq; uel lini semine ex diluto uino, uel senengracum ex mulsa, uel illi rassis ex uulsa recentibusve uini floribus cum polenta polline. Vel senezion, & corianum uiride cum uini quibus acini sunt exempti. Si multus infestat ardor, foliis alterci cum triticea farina, aut ciceris delinuntur, uel calazmi foliis, uel cucurbita sylvestri cruda. Si uetusior est morbus cum duritate, cucumeris sylvestris radix in mulsfa costa, leuigataq; cum lolii farina admouetur. Item hoc efficax est auxilium, uarum quibus acini sunt exempti, unciae quinque, cicerum subferuefactorum fescuncia, cumini uncia, sulfuris unciae nouem, nitri uncia, resinæ unciae tres & semisisis, contrita omnia cum melle in catalplasmatis formam digerens, utior, cerata haec sunt, olei cyathus, colophonias felibra, molybdenæ, cumini, uvas

sum passarum, lomenti singulorum triens, ceræ sextas.
 Molibdena cum oleo ad uspissitudinem incoquuntur,
 deinde cera resinaq; inditur. Sublatum ab igne egelidum,
 uis contritis, farinisq; superfunditur. ALIVD. Olei a
 nethini & rosacei, ceræ, resina piceæ, singulorum quin
 cunx, cumini uncæ duas & lemnis, stercoris asinini ses
 cuncia, cuminum teritur cum stercore asinino, ceratuumq;
 refrigeratum miscetur unaq; levigatur, deinde in pann
 culum illitum admouetur, lana superaccommodata.
 20 lei omphacini uel butyri, uel resine æquali modo utitur
 Quod si à sudoribus ulcera in scroto excitentur, gallâ
 detritam, uel alumen inspargito, pingui & hircino felle
 perungito. Porro ad testes incensos terram cimoliam
 25 cum aqua prius illitam, finito siccescere, calidaq; aqua
 abstergit, myrtum siccum, & smyrnii paulum in pulue
 rem redactum illinito, si caro in testiculis excreuerit, ci
 nis sarmentaceus nitro & aqua imbutus curat illitus.
 30 Pruritus scrotum irritante, nitrum, pedicularia, Græci stag
 phidagriam appellant, alumen liquidum, aceto contri
 tum, rosaceoq; illinitur in balneo. Vbi laueris, candidus
 qui liquor cum melle parti inungitur.

DE SEMINIS PROFLUVIO ET ueneris insomniis.

Cap. LV.

35 **S**eminis profluvium quod Græce πόνος appella
 tur, est inuita ac præter voluntatem excretio, qua
 continue naturalibus non intensis, ex retentricis natu
 ræ facultatis iniustitate prouenit: in qua conuenit lus
 bos conquiescere, pubemque hapso ex uino & melino
 uel oenanthonio adiuuare: mox cataplasmate ex palmar
 lis, malis, oenanthe, acacia, hypocistide, rhu & similibus:
 Insidere oportet lentisci, rubi, & id genus aliorum in
 uino decoctionibus, uel etiam aquis, cibisq; uti sificantis
 bus: post prima morbi tempora exercitiis ægros como
 mittere, quibus totum corpus, partesq; affecte confro
 40 mentur. Cæterum quomodo seminis paretur secundi
 tas libro primo, ubi de sanitate tuenda agitur, abunde

PAVLI AEGINETAE

tractauimus. Vbi etiam illorum qui uenerem exercere
nequeunt, scripta est curatio, item quæ ad ueneris insom-
nia proficiant, porro iuuabit genituræ profluuo labo-
rantes, & cubile frigidum, & dextri lateris, uel sinistri in-
cubitus, item medicamæta frigida lumbis substrata, qua-
lia sunt corianum, cicuta, cerussa, portulaca, omnia uero
ex aceto.

DE SATYRIASI. Cap. LVI.

SAtyrias is est naturalium palpitatio quæ nonnulli
seminis uasculorum inflammationi cum intensio-
ne superuenit: haec nissinatur, eadem genituræ co-
ceptacula in languorem resolutionemq; aut conuulsio-
nem ex hoc uitio solet præcipitare. Moriunturq; in co-
uulsione ista celeriter homines, cum tumore alii & frigi-
do sudore, at mulieribus raro hoc mali accidit, sanguis
nem igitur protinus demittere conuenit, uictu uti tenui,
& abstemio, eumq; assumere quotidie, ualenter nun-
quam, sed paulatim. Laudatisimum igitur est remedium,
beta, malua & mercurialis momentum, & ius esculen-
tum cochleatum: nil malis fuerit etiam ex simplicibus
clysterem ab inferiore parte iniciere. Quæ uero utinam
mouent, potestates cauenda sunt: lumbis refrigerantia
quoque admouere oportet, ut solani succuni, aut por-
tulacæ, aut alterci, aut cicutæ. Necesse uero est colem
pubemq; frigidorum, quibus lenienti uis ineft, aliquo
delinere, nempe argenti spuma, cimolia, creta, cerussa,
aceto dilutis, aut aqua, aut uino dulci, aut sapo. Supina
cubitum conquiescere nocuum est. Rursus confert bibe-
re nymphæ radicem, iridem & adianthum. Rute uero
succi potus profuerit & seminis profluuo laboranti, &
cui naturalia sunt arrecta. Cibus datur frumentaceus mo-
dicus, sitis indicitur. At si prorogatur uitium, cucurbita
tule cute ferro incisa desigende sunt. Si plenitudo adsit,
etiam hirudinibus uacuare, & uentre cruda polenta
oblinere, alienum non est.

LIBER TERTIVS

136

DE PR API SMO. Cap. LVII.

Priapismus est firmum genitalis incrementum, quod in longum latumq; intimecit, citra teneris appetentiam. flatulentus nitritum est spiritus qui particulam in tumorem attollit, humorum uiscolorum crassorumq; soboles, modici caloris beneficio. Notum uero est cuilibet, particulas non esse calefacendas, sed leniter refrigerandas, cerato rosaceo cum aqua contulito item chameleino in genitali & lumbis imposito, uictus & medicamenta exhibentur, quæ extenuare citra manefestum calorem possunt. Applicabuntur etiam quæ naturali modo operantur, experimentis ac usu probata. Nymphæa his quoque potui dabitur, agni semen, ruitæq; uiridiis oblongis mixtum. Sed per initia id non assumenti debet, ut quod uehementer calefaciat: uerum post aliorum extenuantium usum. Id faciundum uenit, cum uacuationem per uomitum molitis. Nam uicinæ partes sæpe per alium inferiore profluent. Exercitum fricatione, spiritibus discutiendis recte adhibentur. Nulli prædictorum uenus prodest, nisi quibus ex huius abstinentia semen abundare conicimus.

DE PARTICVLIS IN EFS ficacibus. Cap. LVIII.

Qui hoc uitio laborant, non ruunt in uenerem, eoq; animalium perdunt. Causa horum est, parvularum resolutio, uel seminis inopia. Cum igitur ea quæ semini generando sunt, libro primo intercepta salubria exposuerim, tum quæ simplici uirtute ad uenerem incitant, nunc ualentiora adiicere oportet. Communiter igitur medicamentis quæ à lasitudinibus reficiendis, ac copa dicuntur, ad resolutionem inscriptis, hic quoque utendum est. Priuatim stellio concrematus, in pollinemq; redactus magno dextri pedis digito, oleo adiecto illinitur, & uenus exercetur: ubi cessare uoles, digitus abluitur. Iam medicamentum

PAVLUS AEGINETUS

Ex stellionibus efficax est. Potui uero dantur quæ incitant, quale hoc primum est, piperis, baccarum pini, petroselini, ceruini genitalis ramenti, terebinthine pares portiones, melle excipiuntur.

ALIVD. Cicerum crudorum, baccarum pini, singulorum unciæ due seminis erucae, piperis, singulorum uncia, mellis datur quod drachmas duas impletat cum uino. Item satyriace dicta ex multis composita congruet, atq; id genus alia. Inspicere præterea oportet reliquas morbi causas, & conuenientem ipsis curationem accommodare.

PVDENDORVM ET ANI remedias. Cap. LIX.

Naturalium antiquæ ulcera circa inflammationem oborta, medicamentis indigent, quæ uehementer resificant: cuiusmodi sunt ex charta combusta, anethum ustum aridum, cucurbita concremata. At fuccis recentibus que ulceribus, etiam aloe praesens est remedium, si arida in puluerem redacta applicetur. Porrorum omnium lenis simum est, & nihilominus efficax post pholox. At si humidiora euenerint ulcera, piceæ cortex per se, & lapis haematis, si alte descenderint, mamma miscetur. Si pascedo serpent, lenticula cum maliciois illinetur, uten dumque est Coraco ea oxymelite appetillato, & bithyno, ad hæc eo quod ex charta componitur. Rimas autem naturalium sedisque, Graeci vocant thagadas, ieuat resina fricta cum rosaceo contrita, ut foridum fiat spissitudo, adiecto etiam luteooui, opioque hederæ foliorum combustorum cinis cum rosaceo in plumbœ pilla tritus admouetur. Iam pastillæ ex ceneleo, & lithophrigium admodum probata sunt remedias ad rimas, tum sordida ani ulcera, præsertim quæ elidi nequeunt. ALIVD simplex, quod etiam ac immoniam obtundit. Cadmiæ piperis singulorum uncia duæ, rosarum ungue ex foliis defecto, unciaæ sex. Aridum inspergitur partu, apio quam nostri radicem sylvestrem uocat, prætus

prius abstersæ. Ad condylomata uero faciunt chalcitidis
 hyssopi, medullæ ceruinæ, tubi foliorum æquales por-
 tiones cum cerato, idem præstant pastilli ex œnæleo si-
 militer. Q uod si in cole intra genitalis foramen ulcus
 deliquerit, pus uel sanguis citra urinam redditus fatebi-
 tur. Curatur primum dilutiore mulsâ collutum, mox la-
 ste, postea collyrio asteri laeti mixto, aut albo pastillo,
 aut is qui uocatur dialotarion in plumbea pila subactus
 demittitur, uel etiam penna tincta perlinitur, inde tenue
 10 linamentum tortile unctum imponitur. Præstantissimū
 uero est etiam quod capit gallæ, pompholygis, amyli,
 & aloes pares modos, rosaceo & plantaginis succo
 maceratos.

AD NATVRALIVM DOLORES.

25 Butyri, resinæ, paribus portionibus pulchre liquatis per
 ungito uel semen lini succo, æquum myrræ & resinæ
 frictæ pondus levigatum imponito.

AD INTVMESCENTIA

PVDENDA,

30 Vitis foliorum tenerorum pondo denarii, cerussæ pon-
 do denarium quinq; trita applicantur. Cæterum fotu
 ex aqua marina frigida coles recreatur, deligaturq;. Car-
 nosas naturalium excrescentias, quas Græci thymos uo-
 cant, compescit, nec finit rursus augescere cinis palmitū
 25 cum acetō illitus, item salicis corticis combusti cinis, In
 uniuersum & thymus, & myrræ, & uertuca penfils
 quæ dicitur acrochordon per medicamenta ualenter
 exulcerantia eliduntur: illi autem quæ exedunt, emoriū-
 tur. Proprie contra hæc uitia proficit, elaterium cū sale
 35 impositum, grossi cum acetō, nitro & farina. Liquor si-
 ci illitus, smaridis caput salsum crematum in cinerem,
 ærugo cum sulfure uiuo combusta, tibiymalli liquor il-
 litus, ocyti folia cum atramento futorio, uel heliotropii
 majoris fructus cum uino iniectus.

AD ANI INFAMMATIONEM.

PAV. AEGIN.

S

PAVLI AEGINETÆ

Cerussæ pondo unciaæ quatuor, pompholygis pondo
uncia, uel cadmiæ teneræ, thuris podo uncia, sereos suc-
ci hemina diluuntur, succus autem paulatim affunditur,
donec absumatur. Deinde ceratum ex uncis duabus
ceræ, & rosacei libra confectum: ubi deraseris, misceatur:
ualidæq; emollitur. Demittitur aut instrumento quod
πυρανον Græci nominant, & superdeligatur, facit au-
tem ad ani fissa cum inflamatione sentiunt, ite aduersus
sedis exulcerationes, cū ardore, aut rosiōne infestantes.

AD SEDIS ERYSIPELATÆ.
Medicamentum quod ab herbarum succis diachylon ap-
pellatur, pondo libra, rosacei quantum satis est, panis
puri pondo libra, croci pondo uncia, opii pondo uncia.
crocus & opium passo macerantur, panis aqua.
Deinde leuigatis ipsis, medicamen diachylon, & rosas-
ceum admiscetur, emollitur q;. Vtile est etiam ad poda
gras calidissimas. ALIVD. Arcet ani inflammatio-
nem cerussa cum uino, rosaceoq; in pila plumbea, &
cochleari simili trita inunctaq; uel cerussam & oui can-
didum rosaceumq; in eadem pila leuigata, dum for-
dum spissitudinem habeant, perungit.

HEDRICVM AD ANI DOLORES.

Alterci folia tenera, portulacæ folia tenera, micas panis
in uino tintas, ouoru tostorum lutea pari pondere, ro-
sacei quod satis est, ubi locum rosarum & meliloti de-
coto fueris, cataplasma imponito.

HEDRICVM OPTIMVM AD
ani inflammations, eiusdemq; excrescētias.
Cerussæ, spuma argenti, suffuminis ammoniaci, bdellii,
singulorum scrupula sex, terebinthæ uncia, ceræ semū
cla. Arida succo solani, alterci, uel portulacæ conterun-
tur. Quæ liquantur, ubi illis adjuncta fuerint, excipito.
Et solutis rosaceo, utitor. Iam medicamen phicotyche,
& ex plumbagine præparatū. Ad hæc quod Græce dia-
lotario dicit. Præterea pastillus ex halicacabo & ex ros-

L I B E R T E R T I V S 138

A D E X C R E S C E N T I A S A N I.
Excrecentiis si inflammatio adeat, opitulantr genera-
tim iam commemorata, & proprie hic pastillus: Ceru-
ſæ quadrans, pompholygis uncia, argenti spuma sex-
fans, mastichæ scrupula sex, alterci succo excipiuntur. Si
careant inflammatione, cupresi galbulorum combus-
torum cinis loco dolenti, uino prius absterso insparglo-
tur, uel cucurbite aridae corticis combusti, uel palpus-
larum ossium cinis similiter, uel testatum ouorum, &
ſoeniculi cinis, uel succi mali Punici foliorū, æq[ue]lis mo-
dus. Vino albo detersa pars diebus septem eluitur, cal-
losa autem tubercula calce et auripigmento cum aceto
acri trito recte etiam in sole perungis.

D E HÆMORRHOIDIBVS.

Venulis, quæ in ano extant, iusto largius inanitis, habitu
in aquam subter cutem resolu contingit, & affectos in-
feliciter cibum sentire, ac contabescere: periculum uero
est, ne largum quoque sanguinis profluuium accidat,
quemadmodum ne idem in totum suppressatur: unde
laboriosa est curatio. Quare cum plura uenarum ora
in ano patescant, unu non suppressum purgationis gra-
zia relinquere oportet. Quædam superius cæcæ delites-
scunt, eoq[ue] uix curantur, quæ quidem nihil excernunt sed
dolorem mouent acriorem, hæ succo cyclamini illito
adaperluntur. Contra eas uero quæ immodice fundunt
sanguinem, spinæ Aegyptiæ, foliorum fambuci, artemis-
siæ, singulorum unciaæ quinq[ue], sideritidis unciaæ quatuor.
coquuntur in aquaæ heminis octo ad dimidiias, inde her-
bae prolixiuntur. Aquæ uero misceatur aridum hoc, cre-
tae futoriæ, μλαυτηιαγ Græci uocant, aristolochiæ
rotundæ singulorum drachmæ octo, argenti spuma
drachmæ quatuor, gallæ drachma tres, misyos drach-
mæ duæ, sereos tantundem, ubi aridum decocto sol-
ueris, sept'es quotidie irrorato, infuscato die pati mo-
do aliam confectionem mensura æqualem indito: sic

S ii

PAVLI AEGINETA

tertio. Et si reliquiae aliquae remaneant, quarto die acicula compunges: si sentiat æger, aut crux emanet, decoctum similiter facit, aridi uero partem dimidiam milcebis. Cum fueris, arido attingito, ut exacte adurantur, panis ob inflammationem illinitur. A L I V D. Panis purus in garum primæ notæ tinctus, ususq; in novo fæilli, & pertritus illinitur, anno prius uino abluta. Facit et ad tubercula. A L I V D. Sereos denarius duo, chalcitidis denarius, misyos tantudem, atramenti sutorii, qd; chalcanthum dicitur, denarii tres, aluminis scisili denarii noui, æris combusti denarius, cretae sutoriae denarius sicco utitor. Cibi erunt, iis qui supra modum inanuntur pauci sanguinis, efficaces, & minime recrementitii, quiq; siccant, & astringunt, cuiusmodi est chondrus ex posca lotus: oryza & alica. Ex oleribus conuenient intibus, ci choreum, portulaca: inter uina, quæ astringunt. In hac mortuoidibus autem cæcis, his contrarius uictus proderit: potissimum uero lolliginu, sepiarum, multipedas rum, torpedinis, selachioruq; elus probe cōueniet, hac enim sanguinem commouent, item quæ mensibus censuntur, hisce congruent.

A D P R O C I D E N T E M A N V M.

Ericæ fructus, gallarum, cerussæ, acaciæ, hypocistidis succi, piceæ corticis, thuris, myrræ minyæ, paria pondera. Sicca admoueto, anno uino prius austero deterfa.

Melius drachmæ octo, rorarum floris drachmæ quatuor, myrræ minyæ drachmæ duæ. Utitor sicut priore. Habet Ga A L I V D. Piceæ corticis, mannaæ, spuma argenti, sinus lenus in gulorum drachmæ octo, cupressi orbiculorum siccorum, plumbaginis singulorum drachmæ duæ: utitor dicamēto quemadmodum præceptum est: item urina ipsius ægræ calens adhuc superflua adiuuat.

D E V T E R I A F F E C T I B V S E T

primum de mensium purgatione,

Cap. LX.

35

Multorum plurimis menses quartodecimo anno fluere incipiunt; paucis, ante tertium decimum, aut duodecimum, plerisque autem post quartum decimum erumpunt. Tempus cuique purgationi statum non est ordinatum; multis ad duos tresve dies, haud paucis usque ad quintum proficit, aliis etiam ad usque septimum: raro ad duodecimum purgatae sunt. Porro desinunt menstrua aliis anno quinquagesimo, paucis autem usque ad sexagesimum durant. Nonnullis à triginta quinq[ue] annis, præsertim obesis, menses cessare incipiunt. Strangulata igitur purgatione, laudandum est circiter statum menstruale tempus, ac præsumetur potui, aut fessum, aut capita porri cum pipere, & ruta simul incotta. Potio autem ex passo cretico erit, cuius hemina menfura pota ambulationibus menstrua dimoueantur. Cibus sit, lolligines, sepiæ, polypodes, & que eiusdem sunt generis: quippe sanguinem propriæ commouent.

DE MENSIVM SVPPRESS
sione. Cap. LXI.

Svpprimitur mestralis purgatio, interim toto coepore male affecto, nonnunquam uero locis peculiariori uito confidantibus ex frigiditate infita, aut ictu, aut intemperie abortum, seu acquisita malignitates magna uero ex parte ob hebetudinem: uel principaliter quadam parte primario affecta, nempe iecinore, aut uentriculo, aut thorace, aut id genus aliqua, longo morbo uitiata. At suppressio complures affectus longos sollet procreare. Cum igitur propter aliquod interaneorū uitium primarium purgatio circunciditur, aut strangulatur, ex usu maxime fuerit, id quod primario afficitur curare, inde uteri habere rationem. Notæ quibus hæc deprehenduntur, in superioribus sunt expositæ. Cum uestro nihil illorum adfuerit, constat liquido primario affectu occupari. Itaque si ætas non prohibet, aut habitus, aut aliud quipplam, uenam oportet incidere, idq[ue]; non ante

PAVLI AEGINETA

statum mensium tempus: sed ubi iam accesserit, decem
dies superadiuntur. Detrahetur autem sanguinis, neque
plus duabus libris & semisse, neque minus una, si quidem
uenam diuferimus. Sin autem non hiera diacolocynthi
dos purgari debent, duarum drachmarum pondere, in
sex iugulis cyathis. Si febris adsit, hiera quidem uti non
expedit, uerum sanguinem mittere in primis febriculae
diebus est opportunum. A purgatione reficienda sunt
mulieres diebus pauculis infecutis, exercenda obambu
lationibus, inferiorum frictionibus, & balneo. Cibi con
gruant distribui faciles, et liquidū, olera dulcia omnia, pi
sces farciles, ex auibus teneriores, lactis potio, ex melle
cofectiones, meli, marmara uocant, uinum tenuē, album,
non adeo uetustum, carnes inidoneae his sunt, & legum
minia, præter pisanam. Vbi statum mensium tempus
propinquum est, dantur ex marinis selachia, & malaz
chia, ut dictum est, item ostracoderma, hoc est, testaceā
cutem sortita, capitata porra, cum ruta & pipere cocta,
eorumque ius potui datur, infernae partes uinculis, tribus
quatuorve diebus constringuntur. Cum instat tempus
purgationis, tollitur diligatura, myrrhae obolus bibitur,
aut fabae instar, uel castorum ex passo, aut mulsa, uel de
coctum artemisiae, aut salvia post balneum ex passo ab
sinthioque. Absinthites autem uinum per totius curatio
nis decursum potatur. Vbi accesserit iam menstruale
tempus, si nihil, aut nulla mentione dignum fuerit excre
tum, ex talo sanguis detrahendus est. Post septimum, aut
octauum diem, purgatione ex hira utendum est secun
dum quartum diem, dropax pubi, lumbis & feminibus
applicetur, atque aqua potu triduum uisa, sinapi cum
aqua panis macerati portione ad usque equinoctium ad
moueat, deinde lauet, infuscato mense ficas fiscare in
uicem panis misceantur decocto foenegraci, maluae,
pulegii, rutae & artemisiae. In finum uero dimittetur, su
sinum, aut amaricinum, pessusque erneapharmacus, aut
libanum. Est autem pessus lana pectita, sive quodcumque

aliud teres,digitii humani formam preferens,quo medicamenta sustinentur. Hæc igitur curatio plerisq; ad purgationem abunde fuit,sin autem uehementioribus indiguerit medicamentis,hæc sunt,iris illyrica cum uis
 5 no pota,iunci angulosi,ariq; radix,casia,iunci rotundi flos,& nardus,helenii radix decoctū,myrrhæ ad fabæ
 Græcæ magnitudinem cum passo ex dimidio mulſæ cyatho pota,atque dictamni decocti cyathi duo,itē amoniacum & sagapenum.Q[uod] uæ minus stomachi uitiiis
 10 sunt opportuna,etiam opopanax paululum in globulos redactum percocto meli intinctum,assument,Iam uero consueta nobis semina menses mouere possunt,
 sed minus,foeniculum,cuminum,apium,daicum cretum,
 15 cum,seseli,ami,finon,cicer,fructus cedri,ac omnia que
 urinam prouocant.Accedunt huc myrrha,absinthii,aut lupinorum decocto trita aut ruta succo leuigata,bdeles
 lumenq; similiiter,styrax,sylvestris oleq; gummi,aut ruta
 succi itidem,aut longa aristolochia,in collyrii formam
 20 concinnata.Persimiliter etiam magni centaurei radix,
 aut ueratri,aut liquor scammoniae,& cucurbitæ medulla
 per se,& artemisia applicata cum ruta,insuper & galbanum suffumigatum.Eadem uero & foetus solent
 educere.

DE IMMODERATA PURGATIONE UTERI & SANGUINIS PROFUSIO.

Cap. LXII.

IMmodicæ purgationes mulieribus oboriuntur,
 interim mensibus confarctim ac concitatius erunt
 pentibus,interim ob partus grandiores quæ plerum
 30 que etiam sponte sua cessant.Crebro autem abortio
 ut foetus causa,uehementi laborant profluvio,ut subinde periculum accedat.Imprimis igitur extremi artus ab aliis et inguinibus,iunculis excipiuntur: Posca non frigida potui datur,eademque fouetur,inliuuntur; losco multæ lanæ,ex uino,oleo,uel rofaceo,uel meslino,uel myrtleo expressæ,Cibus dabitur chondrus

S iiii

PAVLI AEGINETÆ

lotus ex posca; uel oryza; uel alica; uino abstinetur. Eius
loco hydromeli austерum, aut omphacomeli, aut huius
modi quippiam ipsis exhibetur. Balaustium in posca
propinatur, uel hypocistidis, uel acaciæ succus, uel lyciū,
uel sambucus aster, uel immatura uia sicca, uel rheon, uel
lenticulae ex Italico fictili combuste cinis. Aut sesamum
editur in posca madefactū, quoad molle delicatum q;
euaserit: insinuata uero per naturalia, sanguinis fluorem
sistunt, hy pocistidis succus, aut acaciæ cum manna in ace-
to contritæ. Mirifice auxiliatur spongia in uino, aut li-
quida pice demera, appositaq;, uel combuste ipsius ci-
nis cum acetō, uel posca admotus. Similiter etiam ilic-
is italicico fictili concrematæ cinis. A foris autem impos-
ita iuvant astringentia epithemata, & confecta ex pa-
mulis, & cotoneis: cataplasma, que melicoria recepe-
rint, aut ilicis glandis, aut rubi surculos, aut lentiscifolia,
balaustium, acaciæ, hypocistidem gallam, brathii, alu-
men. Maxime uero hoc, taurocolla madefacte posca,
quousque soluatur. Deinde in linteolum ualidum illini-
tur, lumbisq; agglutinatur. Efficacia ad hoc sunt, & glu-
tinantia emplastra, ueluti Armonia, Icelios, Atheng,
Neling, Indicia, & similia. Pessuli quoque ad sanguis-
nis profluuium sunt utiles. Gallæ interius leuigatum, &
thuris lachryma aqua diluta apponitur, uel cytini, uel
mala Punica dulcia similiter, uel polygonum tritum.
Componuntur autem, aluminis scissi, gallarum intes-
rioris, acaciæ succi, mannae, singulorum drachmæ
quatuor, ouorum testorum lutea quatuor: arida
leuigantur succo plantaginis, miscenturq;. Cum
ulus exigit excipiuntur in pessum lana, & in rosa
ceum intinguntur, applicanturq;. Iam cucurbitulae
leues magna frequenter subter marnillas affixaæ abuso
de retrahunt. In sessus autem profluuiio sanguinis
laborantibus conuenit, ex marino iunco, Græci
uocant oxychoenum, capitibus myrti, rosis, thamn-
i foliis, rubi surculis, æquali pondere in aqua

Coetis. A L I V D. Malii Punici dulcis radicis corticis, myrti, cupressi corticis, singulorum tres partes, gallæ pars una, aquæ quod satis est, Infundito autem per oras cularium clysterem succum plantaginis, aut sereos, aut polygoni, aut solani, aut perditii herbæ, aut psyllii, aut hypocistidis, aut acaciae, eaq; lana aut digito, aut specillo, aut pinna in longitudinem figurata, adusque orificio um imponatur. Insuper pastillius Andronis per oricus larium infusus cum quodam ex succis commemoratis,

10 aut uino astringente efficax est remedium.

DE FLVORE M V L I E

br. Cap. LXIII.

Vulnæ fluor, totius corporis recrementi est de stillatio. Talem uero speciem id quod euacuat, 15 repræsentat, qualumen humor in corpore superrans, aliud rubrum, ueluti sanguinis sanies, aliud candidum, pituitæ soboles est, pallidum aliud, aliud bilio sum interim aquosum, at si sanguis purus, sicut in ueharum sectione, efferatur, attendendum est accurate, ne quædam 20 in uulua erosio sit excitata, his notis fluor deprehenditur, loci continue madent humoribus, colore uariantibus, laborans decolor est, cibum non fentit, eumq; fastidit, in obambulacione difficulter spirat, oculos habet pro tumidos, nunc cum dolore, nunc citra illum, aut cum ex ulceratione, aut sine illa, aut inflammatæ, aut folidæ, aut pura, Toti igitur corpori auxiliantur, quæ citra manifes tum calorem exiccant, cum affectus sit humidus, frictio totius corporis, & uncio ex melle abunde cocto, medi camina dantur urinam crientia, utpote aqua, cui alarum 25 & apium sit incoquum: uacuatur etiam totum corpus p aluum: præterea portulaca commanducata, succusq; ipsius potus præsidio est. Item balaustium, rubi fructus & flos, roboris pars quæ sub cortice habetur, trunci membranosum, & quod glandis putamini subest. Equisetum 30 maxime fistit rubrum fluorum, potum ex aqua, aut uino. Vt hypocistis, lentisci fructus torrefactus, cum uino

PAVLI AEGINETÆ

sumptus, sanius aster, lemnia sphragis, coagulum leprosorum, aut hœdi, aut ouis, aut vituli, aut cervi, uinaea trita, myrti, uua immatura siccata, piceæ cortex, & quæ ad uulugiam sanguinis profluvio laborantem dicta sunt, non ad modum efficacia. Vbi uero cum labore fertur, per siphonem uteri, clysteremve alicę succum, aut ptisanum, aut tragi, aut oryzæ demittes cum aliquo medicamentorum quæ dolorem lopiunt, ap' d'awæ Græci vocant, & in accessionibus recte lenies. Cum remittit, circuitu enim nonnunquam habet, dimouere gestationibus, diuersisq; obambulationibus & uoce, inunctionibus, curbitulis, dropacibus ad partes supra positas, insolatu, frictionibus, pilothris, sinegmatiis, sinapismis, uomitiis bus à radicula uti consultum est. Recolliguntur uires, balneis, uino, uario ciborum genere.

DE INFILMATIONE UTERI, & decinatione. Cap. LXIII.

Inflammatio uulue pluribus ex causis oboritur. neque ex iectu, mensium retentione, frigore, & inflatione adeoq; ex abortu, item ex foetu sinistre edito. Comes inflammationis uulue est febris acuta, dolor capitis, tendonum, basis oculorum, brachialis, ditorum, & colli conuulsio, inclinatio in aduersum, stomachi ex contortio dolor, oris uulue connuentia, pulsus exigui, crebriq;. Et si languida fuerit inflammatio, haud ualido uteri dolore torquentur. Si uehemens, & ipsa tota pulsatilem cruciatum percipit, unde quaque inflammatione obseffa, si pars ipsius illam sentit, in ea magis dolor intendantur, nam si posteriora ipsius solum laborent inflammatione, dolor lumbos inuadit, stercus in longanone compresso retinetur. si priora, dolor pubem occupat & stillicidium, aut urinæ difficultas uesica pressa excitat, lateribus inflammationem expertis inguina tensiuntur, et crura grauantur. posteriore uteri parte inflammatæ, in umbilico dolor potissimum cum tumore infestat. Cum uero os uulue inflammatio affigit, in ab

domine dolor est, digitoq; immisso os occurrit durum
 rigidumq;. Itaque in curatione primum usui uenit fo-
 tus ex oenelæo, uel uino rosaceo, super pubem & lumbos
 adhibitus hapsis ex lana puriore citra deligaturam.
 Cibo abstinetur triduum, secundum quod sanguis ex
 cubito mittendus est, si nihil prohibet. Curatio absolu-
 tur chondro ex aqua mulsa, uel pane, uel ouis sorbilis
 bus, uno die interposito. Post quintum, cataplasmata suis
 peracconimoda ur, polline farinaceo, semine lini, fœ-
 nugræco, ex mulsa, in qua papaverum capita decocta
 proflificantur & ex oleo. At si inflammatio erysipelatis
 naturam sortita excandeat, meliloti in passo cocto
 tritoq; ouorum rostorum lutea adictio cum rosaceo,
 uel melino, uel crocino, illinitoq; aut palmulas uino tē-
 perato feruefetas, cum polentiarum poline, aut quo-
 dam ex enumeratis unguentis leuigato, perungitoq;, in
 morbi declinatione ceratum nardinum, aut cyprinum
 iniiciendum est. Per totum uero morbi decursum, etiā
 infessus utiles sunt ex decocto fœnugræci, semenis lini,
 malvae, artemisiae, & oleo. In iis autem quæ non suffici-
 ent calorem, ex aqua calida rosaceo superfuso, pessos
 autem infusionesq; adhibere conuenit ex hyssopo, bu-
 tyro, medulla ceruina, adipe anserino, unguento iusino,
 & cera thyrrenica. in quibus autem calorem ferunt, etiā
 pessus qui ab aureo colore chrysus nuncupatur, ipsis
 conueniet, item enneapharmacus: rursus in quibus non
 tolerant, ex ouo, rosaceo, adipe anserino, uel gallinaceo
 adaptabitur. Porro ad inflammations magis furio-
 bundas ex herbarum succis pessus in uase fictili cum
 rosaceo liquefactus miscetur succo plantaginis, uel
 sereos, uel cichorii, uel intybi. Aut hoc utere: adipis an-
 serini, uel suilli recentis drachmis quatuor, cerati rosa-
 cel, uel fusini sextante, ouorum rostorum luteorum
 uncia, croci drachma, myrræ tribus obolis, opii
 obolis duobus, uel loco opii, papaverum capitum
 decocto: si dolor multus excruciat, lachrymæ papaveris

PAVLI AEGINETA

instar lenticulae cum lacte muliebri, & succo foenugrae,
et apponendum exhibeto. At si inflammatio cum duri-
tia infestat, medicamentum rosaceo solutum, applica-
tur, uel infunditur. Si à naturali sede in latus uulua decli-
nauerit, per accessiones similem inflammationibus cura-
tionem recipiet, ubi remittitur dolor. leuioribus utendū.
At ubi malum inueterauerit, roborantibus, quæ metasyn-
critica dicunt. Extrinsecus autem duritie oborta, malago-
matis pugnandum, nempe ex sertula campana confec-
to, item Mnalei, Icesio, nigro Serapionis, aut pyrino: uis-
cus autem per initia tenuis adhibetur. Cum paulum re-
leuati fuerint ægrotantes, ad balneum ducentur. Varius
magis cibus & leuior utilis erit.

DE VULVÆ ABSCESSIS

su. Cap. LXV.

10
15
20
25
30
35

Inflammatione in abscessum transeunte, dictæ quidem notæ intensiores erunt. Præterea inordinate cum horrore accessiones ipsi obueniunt, primis quidem temporibus intensæ, cum doloribus ad ultimum, ubi suppurauerit aliquantulum remittunt. Postquam uero erumpit uomica, dolores acriores subinde uisi sunt, ceu lacinantes & punctus modo incidere, febricula, uehementiores infestant. Atque urina nonnunquam retinetur, aliquando sterlus, impedimento in affecta uteri parate factio. Alias tumor in pube eminet, & ueluti exundationis sensus, cum abscessus maior fuerit. At quod in expositis locis est, etiam oriculario spicillo, aut digitorum tactu deprehenditur, propter quod dolores ob nerosi oris uulua membranam acriores urgent, sicut in fundo sinus minus doloris percipitur, & digitis quidem tumor non cedit, os autem gracilis ostenditur. Suppus ratio celerius adiuuanda est cataplasmatis ex foenugraeo, semine lini, farina hordeacea, aut frumentacea, cui fucus cocta adiiciantur, interim & sterlus columbinum. Insellus ad inflammationem scripti, frequentiores utiliter usurpantur. Item pessuli ex terebinthina, myrrha, hys-

10 **S**opò, butyo. Abscessu autem rupto, si ad uesciam pus
euaserit, lactic & cucumeris seminis potu utendum est:
sin ad langanonem, lenticuli & malicorii decoctum in-
deatur alio. At si in finum purum quidem pus eruperit,
rosaceum infundetur, aut candidum oleum, aut tetræ
pharmacum basilicum, aut bu'yrum recens. Q uod si ef-
feratur sanies tenuis fœtida, ceu ab ulceribus depascen-
tibus, magis astringens erit enema ex myrto, palmulis, &
lenticula. Si uero humoribus etiam excretis, inflamma-
tio diuexet, persistere in cataplasmati, & infusib⁹, rag-
tio est. Cæterum si in uulua ostiolo, abscessus sit obor-
tus, neque rumpatur, partibus, qua⁹ puri incumbunt, ex-
tenuatis, ad pus expellendum, quod manu administratur,
diuertere, consilium est, ut in chirurgica pertractas
bimus.

DE VTERI EXVLCE⁹

ratione. Cap. LXVI.

20 **E**xulceratur subinde uulua ex infelici partu, aut fœ-
tu excusso, aut corrupto, uel ex medicamentis a-
cribus, uel fluore, uel abscessibus disruptis. Si igitur
prompta in conspectum uenerit exulceratio, spicillo os-
triculatio, quod āōm̄pīōmū vocant, deprehenditur. Sin al-
te desiderit, ex recrementis. Humor enim diuersus ex-
certitur: inflammato quidem ulcere, paucus, cruentus,
aut fœculentus cum magno dolore: sordido, copiosus
or, & sanies cum minore cruciatu: depacente, fœtidus,
niger cum doloribus uehementioribus, aliisq; inflam-
mationis signis, præterea qua⁹ laxant medicamina, hoc
irritant, contraria leniunt. Cum purum ulcus est, humor
paucus, æqualis, odoris expers, crassus, candidus, ob ex-
quisitum loci sensum excitatur. Si inflammationem ex-
peritur ulcus, iis qua⁹ ad illam scripta sunt, utendum est.
In sordido ptisanæ tremor cum melle ano immittens
dus est, aut tetrapharmacum cum rusino, uel mulsa, in
qua foenugræcum sit decoctum, aut malua, aut furfures
aut lenticula cui cortex sit detracitus. Porro quo magis

PAVLI EGINETÆ

expurgetur, etiam marrubium, aut eraum, uel mellis adiuncta erui farina, uel iris, uel alumen rotundum, uel aliiquid simile iniciatur. Hæc ipsa etiæ extrinsecus ex multa macerata illinuntur. Peculiarius prodest hoc medicamentum. Crocus primæ notæ leuigatur cum lacte muliebri deinde exceptus cerato rosaceo, cum adipe anserino inungitur linteolo, uerum quod infra ponitur, isto quoque efficacius doiores discutit. Capita papaveris in passo temperato madescunt diebus tribus, deinde incoquuntur, donec emollecant, postea terantur unâ cum rose foliorum drachmis quinq[ue], croci drachmis tribus iure capitumpapaveris admisto, inde ceræ cum rosa, ceo liquatæ denarii duo ipsis superfunduntur, ac pessuio apponuntur in rosaceo tincto. Salutare est etiam medicamen ex ouis, croco, rosaceo, adipe anserino, cerui medulla præparatum. Item Ægyptia citra æruginem mirifice ad exulcerationes conductit. ubi paſcendo serpunt ulcera cum inflammatione illinitur panis egelida maceratus, ex hydromelite, oleo, althea, fenugræco, palmulis pinguibus. Cæterum plantaginis succus, solani, polygoni, sereos indetur, primum per se, mox cum uino austero, aut acetato. At citra inflammationem serpètibus, robustiora iniicientur, ueluti decoctum malicorii, rosarum, summitatis oleæ, cupresi, malorum, cotoneorum, tubi, myrti, lenisci fruticis, rhamni, thus coriatii ex uino affringente, postea uero aluminis, acaciæ, lycii, hypocistidis, ex eisdem uero decoctis parabitur etiam infusus; si nihil proficitur non alienum fuerit medicamen ex charta cum posca primum demittere, deinde cum acetato aut Anthoram, aut chalcididæ, aut atramentu suorum, eisdem liquoribus, & quaæ dysentericis congruent: cibus dandus boni succi modicus, purgatio ulcere, ægrotans balneorum ciborumq[ue] varietate sollicitari, ui noq[ue] refici debet, quo caro statim procreetur. Pesi losco apponuntur medicamentum, diamoron, hoc est ex moris, dilutum cæmnia, uel ladano, uel plumbagine. A

Foris autem emplastrum, quod cicatrici ducēdæ est, ab domini coxisq; imponitur. Quemadmodum enim caplasmatum, ita etiam emplastrorum facultas per latètes meatus traducetur.

DE C A N C R O. Cap.LXVII.

C ancorum uuluae alii cum exulceratione, alii cōtra ulcus inuadunt, ubi igitur exulceratio non est tumor in uulue ostiolo reperitur durus, inæqualis, prætumidus, colore fœculentus, subruber, interim subliuidus ac uehemens dolor exercet inguina abdomen inum uentrem, & lumbos. Ad manus contactum uariamq; medicinam excandescunt. Exulcerato autem cancro, præter dolores, durities, tumoremq; ulceræ eroſa ac inæqualia conspiuntur, plurima ex parte fœrida labris prætumidis, albicantia, concreta colluui humorum ingrata. Quæ uero pura uidentur fœculenta, liuisda, subrubra, & cruenta apparent: sanies inde manat cōtinuo tenuis, aquosa, nigra, aut fulua, grauiter olens. Interdum uero & sanguis defertur, alięq; notæ in uulua inflammationem testantur. Itaque affectus nulla media cina sanatur, Quemadmodum etiam Hippocrates p̄ nuntriauit, lenire tamē est insesibus ex scenugræco, malua, ac cataplasmatiſ ſimilibus. Inſigniter autem leniuntur, folianturq; in accessionibus malua, aut althea in multa liquefacta, & rosacei paululo leuigata, illitaq;. Ad hæc cataplasma ex fiscis fiscatis, melilotis, ruta, thure, buntia de herba diligenter cum oleo contusa. Item quod constat palmulis in paſſo coctis, cui adiecta ſunt ouorum lutea, polentaq; uel ex papauere cum coriano factum, aut polygono, aut feri. Hæc in doloribus uſui ſunt. Postea ceratum iniiciatur cum rosaceo, aut myrtleo, aut ceſananthino, aut melino, cū palmulis in paſſo coctis, proprie uero conuenit præparatum ex ſedimento officinarum fabriliu, qđ totū leuigatur, & rosaceo cerato, aduocèemplasti ſpissitudinem excipitur, hæc quidem extinx fecus conferunt, intus autem oleum quoq; lenit locos

PAVLI AEGINETR

ubi fuerint exulcerati, item lac muliebre infusum. Pati modo succus plantaginis tepidus, Sin cruentum sit, succus polygoni cum thuris modico dolorem sopit. Ad hæc pessuli ex croco, muliebri lacte, lachryma papaveris, & hyssopi succo. Omnibus autem efficacius est etiā ad sedis affectus medicamentum quod recipit. Argenti spuma Italica lote selibram, thuris masculi, hyssopi, adipis suilli recentis, butyri recentis, ceras tyrrhenicae, singulorum sextantem, rosacei trientem. Argenti spuma ex se, reos succo trita, liquatis iniciatur. Cibus dabitur q[uod] facile in corporis membra queat distribui, boni q[uod] succi, nūn paucissimum, aquofum: acrium: eflus, & repletio osmnis uitanda est, ut quibus cibi prompte corrumpantur.

DE SCIRRO ET DURITIE. Cap. LXVIII.

Scircum contrahit uulua, alias repente, ut nulla causa evidens præcesserit, plerunque uero eundem initio flammatio mouet, q[ua]d nec soluta, nec in abscessum mutata fuerit. At scirorum genere comprehendetur etiam durities, quam σκληρός οἱ Graeci uocant, circa uulua ceruicem potissimum obueniens. Aequali scirrus tumor concrescit, sed minus tactui repugnat, & cum mediori dolore sentitur. Superuenit his, in aduersum de clinatio, & tumor qui ratione depressionis uehementer renitur, item granitas motusq[ue] difficilis, non eructum modo, sed totius etiam corporis, atq[ue] obeundis actionibus pigritia, sequitur non probe curatas, malus corporis habitus, aquam inter cutem representans. Per initia igitur sanguis educi, aut putgatio ex hiera Archigenis assumi debet. Deinde cataplasmata ex caricis hyssopo, nitro, absinthio: & cucurbitulas cute ferramento incisa admouere consilium est. Malagmata uero hæc, Polyanthion, & diaspermaton hoc est ex feminibus confectū, & quod baccis lauri constat. Infessus ex caricarum de costato, artemisiae, pulegia, althea: pessulos ex terebinthi na,

LIBER TERTIVS.

145

na, galbanum, myrra, iride, hyssopo, dropace, aquas natu-
rales sulfurosa, bituminosaq; usurpare commos-
dum fuerit: si uires constant, etiam ueratrum ex-
hibetur.

PESSVLVS EMOLLIENS.

Ceræ ponticæ, nardini unguenti, singulorum quadrans,
irini, greci, cypriini singulorum tuncæ duæ, adipis * ^tExemplar
agnini anseriniq; butyri, hyssopi, medullæ ceruinae, terebinthæ manuscriti
binthinae, singuloruuncia. A L I V D. Polii drachmæ
duæ, myrræ drachmæ quatuor cum uino Mendesio
tritum itinoq; tinctum applicatur. A L I V D. Ceræ
thyrenicae, adipis uitulini, terebinthinae, medullæ ceruinae,
mellis attici, olei ueteris, pares modos. M E D I
C A M E N T V M roborans seu recorporaticum
Græci dicunt metasyncreticæ, & ad inflationes, uua paf-
ſæ candidæ sine acinis, unciaæ tres, rutaæ uiridis foliorum
unciaæ duæ, aquæ marinæ fescuncæ, cymini drachmæ ^p ^{a p r e' s v}
quatuor, mellis quod sufficit. Inunctum uero pessulum
cypriino oleo immergito, & apponito. Præterea Chrys-
sus ab auro sic dictus pessulus Libaniusq; , & Enneas
pharmacus affectui sunt utiles. Verum Titianus his ma-
gis accommodatur.

DE MOLA. Cap. LXIX.

M Ola quoq; induratus est tumor, interim in uile
uaë ostiolo, interim in tota ipsa quoque promis-
net, unde in tophaceam quoque duritiem oce-
calecit, tum ea quaæ superficialiter contrahuntur, corpus
emaciatur, color prauius appetet, cibi fastidium urget,
menses supprimuntur. Item mamillæ inturgescunt, ut
in quibusdam per initia de foetu concepto sit suspicio.
Infecto tempore d scernuntur: nonnullæ uero aquæ
inter cutem præbent opinionem, sed hoc intercedit di-
scriminis, quod tumor in duritiem occulerit, nec sonus
cum digiti iniciuntur, quemadmodum in morbo hy-
dropico, edatur. Cum autem uere intenditur, in aquam
subter cutem degenerat. Nonnunquam etiam insanabili-

PAV. ÆGIN.

T

PAVL I AEGINETÆ

lis magna ex parte affectus redditur, quibusdam & sanguinis erumpit. Itaq; decumbere in domuncula angustiore minus luci exposita, modice frigida, cubili immobili, omnibus ex æquo confert, sed ita ut pedes habeant elatiores quietosq;. Nam motus quamlibet fluxionem cōcitat. ⁵ Actumores duritasq; iis remediis quæ in scirris & duritis uulua dicta sunt persanamus. Porro hydroscopicas suffusiones illis quæ in capite de aqua intercute comprehensa nobis sunt, sanguinisq; exitum leuem q; hæmorrhoidis dicitur, sicut eiusdem cum impetu effusio nem quam hæmorrhagiam nuncupant, fluoremq; muliebrem curabimus. Cæterum sunt qui molam carnam afferant informem, ipsis uulua tunicis adhaerescētem, foetus modo in lucem edi. Atque hæc morbi species uictus ratione laxante tractabitur, quo citius excutiatur.

DE INFLATIONE VVL

uæ. Cap. LXX.

INflatur uulua ex frigore, uel humoribus in ea corruptis, uel ex ægro partu ostiolo conniente, uel sanguine in grumum intus coacto. Alias spiritibus in concavo ipsius spatio conceptis, alias uteri corpore rasi refacto tumor pubis & imi ventris comitatur cū dolore pulsatili, qui ad septū transuersum ulcq; & stômachū inguinisq; pertingit, ac sonitus digitorum impulsu tympani modo redditur. Auxiliatur ergo primum sanguis demissus, si nihil obstat, mox in accessionibus inedia, fermentaç; ex oleo rutaceo adhibentur: infessus ex rutæ, pulegii, artemisiæ, cassiae decocto, similibusq; cataplasmatæ ex semine apli, cumini, cœniculi, anisi, ameos, farina lopii. Ad hæc cucurbitulæ, tū leues, cū cute incisa affixæ. At si diutius uitium se prorogauerit, purgatio ex hieira picra utilis est: dropaces, sinapis mihi, & aquæ naturales. Obstetricia aut prius dígito peruncto inserto grumū incubentē si cōtingat, auferet, leniter ipsum dissipas, rursusq; admouebit cataplasma ex sicu, nitro, & absynthio. At

epithemata mollientia erunt, Polyarchion, diaasperma^m
ton, qd est ex seminibus & ex bacis lauri præparatum.
Præterea pessi ex ruta, melle & nitro. Maxime vero hic
conducet, si cum siccatorum contusarum drachma, cu
mini drachmæ duæ, a phronitri drachma, at acrimoniae
causa, in lac prius immergantur. Iam emollientes pessi
li sunt huic uicio accommodati.

DE VULVAE STRANGV

latu. Cap. LXXI.

Strangulatus uulua ad superiora recursus est, quæ
principalissimas partes in doloris consortium per
ducit, ut pote arterias, quas uocant carotidas, cor,
cerebriq; membranas. Comitatur affectas, cum acceleratio
propinquæ est, torpor mentis, pigritia, crurum imbe
cillitas, pallida facies, aspectus oleofus. Cum iam instat
strangulatus, grauis sopor premitt, quæ cataphora dicitur,
mens desipit, sensuum instrumenta deprehenduntur
impediunturq; vox obmutelicit, crura contrahuntur. de
inde maxilla rubra incipiunt, faciesq; repletur. Cum
remittet, humiditas quædam ad tactum ex locis mulier
bribus præcedit, sonus quidam exauditur ac aliquod
ex intestinis progrereditur, ipsaq; uulua paulatim laxatur,
atque sic mens ipsis, & sensus redit. Cæterum morbus
iuxta circuitum mouetur, sicuti comitalis, idq; nimurum
uulua repleta, aut seminali, aut alia materia, aut si haec
intus computruerit, ac multæ turbæ à morbo fese re^{*} Male
colligunt, nonnullæ uero in ipsis accessionibus perie^{græca exē}
runt subito, quibus pulsus quidam crebriores, et ino^{plaria ha-}
bitat meo^{bent meo}
³⁰ dinati, & collabuntur. deinde etiam in totum abolen^{iudicio}
tur. Modicus uero humor superficiem irrorat, resp^l, u^m m^m
ratio primum languida est, mox in totum absconditur. Porro uitium hoc hyeme & per autumnum magis in festat iuuenulas ad uenerem proclives, steriles, & potius tauri, quod simu si ex medicina sumpta fuerint infœcundæ, ite alias propriu^{po'ntwv p}
³⁵ perfictiones expertas. In accessionibus igitur summa deligare conuenit, crura tota, corpusq; totum est pulsibus intercidetibus.

PAVLI AEGIN ETÆ

perficere, ut animo destitutæ se se recipiant, item quæ
foedoris sunt odoris, naribus oportet admouere: Ex
pli gratia, linamentum ex lucerna extinctum, castorium,
picem liquidam, cedriam, lanasq; laciniæq; cōbustas.
Quidam uero & matulam naribus admouerunt cum
urina ueteri, uel deiectione: cucurbitulas adglutinare uin
cit inguinibus & imo uenti cum multa flamma, & les
ues & cute incisa. Quod si longius accesio se produc
xerit, etiam quæ flatibus educendis sunt, proficiunt, ut q
colicadicuntur, anno admota, nempe cuminum, nitrum
cum melle. Item stercus clystere subducere profuerit,
ne illorum appositu sedes prematur. In vulnami uero
unguenta odoratissima infusa, ipsam solent detrahere, si
cut amaracinum, malabathrinum: ac sinapi, partim narib
us offeratur, partim applicetur pedibus. Deinde inclas
mabit aliquis ipsas uoce asperiuscula, excitabitq; & ea
admouebit quæ per sternumenta euocant, ex calto
rio, struthio, & pipere. ubi accesio conquerierit, ad uomiti
um cogere, cibum nullum aut paucum præbere oportet.
A septimo die, purgatio ex hiera diaocolynthidos
dabitur, post triduum cucurbitulas defigentur lumbis
& ilis. Mox castorei potionem uetum, nunc artemisię de
costo, nunc ex mulsa, in quibusdam enim hoc uel foliū
ad integrum morbi curationem abunde fuit. In sessus
porrò & pessus mollientes his adiungentur. Atq; hæc
ad accessiones proficiunt, uetum ut totum corpus refi
ctias, à sanguinis dimissione auspicias, ad purgationē
ex hiera transgredieris. Inde picran ex aloe factam exhi
bes denarii pondere cum tribus aquæ mulsa cyathis,
diebus continuatis, uel interpositis mensura duoru des
nariorum, cum senis aquæ mulsa cyathis. Iam dropas
cismos, cucurbitulas, & sinapis mos utiliter applicas, nec
non acopa ex euphorbio. Postea exercitiis uti, frictione
& clamore prodest, denique & aquis naturalibus.

DE VVLVÆ PROCIDEN
tia. Cap. LXXII.

Vulva procidit raro quidem, sed multis occasiō
 bus, uel enim ab alto delapsa, & in coxas fir
 mata, membranis, qua interaneum id cōtinent,
 ruptis, aut in diffīili puerperio secundis extractis, quas
 uulua adhārescens sequitur: uel in diligentius imperi
 tūs, mortuo fœtu excuso, uel ex uulnere, uel aliqua
 animi perturbatione, scilicet munitato filiorum interitu,
 aut hostium accessu, aut periculosa nauigatione, aut eius
 modi quadam causa. Accidit etiam hoc malitota cor
 poris mole soluta collapsaq;, partibus illis languidis &
 resolutis, pr̄sertim in iis, quae ab integra aetate longius
 iam senescentes dilabuntur. Ob tales causas procidunt
 in foeminis ad naturalia, loci. Quidam uero & totam
 uulua pro labi memoriae produnt, quod à uero lon
 ge abest. Quia enim ratione sursum acta queat affirmari
 Conuenit igitur fœcibus clysteri prius euacuatis, urin
 aq; excreta, quo uulua undiqueque sit libera, laborans
 tem figurare supinam, ut coxas habeat sublimiores, po
 plitesq; flexos curribus diuaticatis. Deinde haplum ca
 pere ex lana, figura & crassitudine sinui muliebri pro
 portionalem, tenuiç; linteo circūdare, & in succum aca
 ciae, uel hypocistidis uino dilutum demergere, tum uul
 ua in serere, & citra uiolentiam totum quod procidit
 sursum agere, quoad totus tumor in sinu factus subse
 derit. Pubespongia in posca expressa extrinsecus con
 tegenda est. Mulier iacebit extensis adaptatisq; inuicē
 curribus, ut alterum alteri incumbat. Inde cucurbitulæ
 agglutinabuntur cum fiamma copiōtore umbilico &
 utrīsq; illis naribus odorata admouebuntur olfacta
 da. Terto die lana sinui inecta, mulier insidet in uino
 nigro austero modice tepido, uel in decocto myrti, len
 tisci & malicorii his probe peractis, lana ingesta tollis
 tur. Altera in uicem prioris eodē humecta medicamē
 to inseritur. Cataplasmata à foris innouentri super initia male pro
 ciuntur ex palmulis, polenta, uel lenticula & malicorio
 cum oxymelite, ac tribus diebus interpositis rursus haec

T lli

*Aldus

XVI¹⁵

male pr

XV¹⁶

P A V L I A E G I N E T A E

Hent, quoad perfecte uitium discusseris. At si processu temporis id quod prolapsum est, putredinem fuerit ex pertu, id ipsum auferetur, nullus metu periculi. Etenim uulua uniuersim ablata, ubi computruerat, mulierem superaxisse commemorant.

D E M V L I E B R I V M L O C O S
rum clausura, quam phimon appellant. Cap. LXXXIII.

Loci muliebres circa ipsorum os clauduntur, uel ex praecedente exulceratione, uel durata illuc inflamatione. Curabuntur infesibus, qui emolliant, ex hydrelæ & fœnugræci decocto, consimilibus q; cataras plasmatis & pessulis. Porro si malum inueterauerit, suffimentis uaporibusq; aromatum utendum erit. Iam uero soluit etiam hoc util cum nihil aliud sit quam uuluae ostioli astrictio, pessulus ex hyssopo, nitro, resina, & teres binthina.

V T S T E R I L I S M V L I E R
concipiat. Cap. LXXXIII.

Communiter itaq; ambobus congruit, & uiro & mulieri uniuersum corpus conseruare probe tēperatum, laboris, cibi, balnei & reliquorum omnium mediocritate, & quod inter ea maximum est, curare ne habitu sint obesiore. Neq; enim pingues liberis & creandis sunt idonei, eo quod genitalibus mutuo se contingere haud possint cōmode, tum quod momentum feminis emittant. Neque tamen nimis extenuati, liberis operam dare feliciter queant. Iuuabunt autem ipsos omnia calefacentia & leniter inflantia, uinum calidum modice sumptū. Et ex oleribus, eruca, horminium, erisymum & consimilia, Ruta uero & calaminta omnino uitanda sunt. At si humorum quodā uitio fœmina non concipiat, has expurgare, aut proba uictus ratione emē dare expedite. Proprie uero mulieribus conueniet, curā locorum genitalium q; fieri potest maximam habere, &

tnefhes sine ullo impedimento emanare. Cum igitur
 propinqua est purgatio, cibi potus q; q; maxime licet,
 medocritatem, curæ habebunt, & ex iis quæ purgatio
 si iritanda sunt aliquid afflument, utpote odorata olera
 & actia, exempli gratia, scā dicem, crethmon, fœniculū,
 apium, smyrnū. Porro uulua intemperiem corrigere
 re oportet: frigidiores, notat menstruorum retentio, ui-
 cus frigidior, & crassi succi, stupor in pube, lumbis, &
 cruribus oboriens. Quæ uero penitus refrixerunt, ne
 10 uenerem quidem appetunt. Quare conuenit tum aliis
 remedii, tum formentis omnibus etiam iis quæ cōstante
 suffitibus, calorem reuocare. Nec abs re fuerit, castoreū
 bibere, & ex seminibus odoratis, cumimum, anisum, puo-
 legii comā, luniperi fructum, pipere singulis adiecto: at
 15 formenta ipsorum genitalium locoru, partim uapores
 erunt, qui inferius per sellam afflumentur, partim aqua
 calida ad collutionem infecta, in qua decoctus sit eleifis
 phacus, artemisia, ruta, juncus odoratus angulosus, pule-
 giū, acorum, seminaq; odorifera, hæc singulatim etiā
 20 pubi applicantur, Præsidio est, & Polyarchi epithema.
 Item pubis coxarumq; fricationes nihilominus condus-
 cunt. Insuper appositu utilia sunt, ex myrra, ruta, galbas
 no & castoreo, ubi prius aqua misa, aut marina uulua
 foueris, proficit etiā ad hæc pessulus gone appellatus.
 25 Calidores locos fatetur corpus totum calidius, men-
 ses pauci & laboriosi, genitaliaq; mulieris exulcerantur
 corruguntur modice humetis & frigidis, culusmodi sunt
 olera quidem, laetucæ, maluæ, blitum, cucurbita, cucus
 mis, pepon, attriplex, portulaca, aliiq; cibi consimiles, ue-
 30 sicæ, abdomini & lumbis frigida applicantur catapla-
 mata, succi q; illinuntur. At humiditatis locorum uitio,
 fœcuditatem frustrari indicat in coitu humor distillans
 ab ingue, tenuius & copiosum menstruum. His ui-
 cus utilis est ficcior, labore, superiorum perficationes,
 35 uomitus, cibi fisci & mediocres. Profuerit & uulua
 acerbis medicaminibus continere, quale est,

T ivi

PAVLITÆGIN ETÆ

lentiſci decoctum, myrtorum, roſarum, rhus coriarii, itē
 mali Granati floris, rubi ramusculorum, & gallæ, ſiccio
 rem uteri contrariis curare oportet, balineis dico, inuſ
 ſtione, & alimento humidu olerofiq; , mediocri uino
 & non nimis ueteri. Q uod si à crastoribus ſuccis con
 cipere impediuntur, ſiquidem rodentes fuerint, mulierē
 probe purgare conuenit medicamento quod cuique
 humori propriū eft. maxime autem picra ex aloe: mox
 ſero lactis alatum ducere, & uictum exquifitiō re delige
 re. Pituitos autem humores laboribus uacuare, ſudo
 tribus, & uomitu: uel per inferiora. Cæterum ex medica
 mentis epithymum quoque euphorbiū piper, dauci
 ſemen, petroſelini ſemen, omnia contrita denariorū duū
 pondere potui recte dantur. Hoc & uentre proba iu
 uat, ac uulua calefacit, quemadmodum ſaþe iam mē
 ſes eruperunt iis quæ purgationem non ſunt expertæ.
 Postquam uero medicamenta profecifile coſtiterit, mē
 ſtruis bene respondentibus, tunc uenus est ineunda, pur
 gatione defiſente. Iam uero, quoniam ſpiritus ſimiliter
 in uulua concepti fœcunditatē impedirent, notas ipſo
 rum ex capite de uulue inflatione ſumemus. Medemur
 autem parciore primū uictu, mox cumiñum, anethū,
 apii ſemen, rutæ, anisi & pleraq; eiui idonea preſtamus,
 partim potanda, partim applicanda. Conniventes locos
 aperiemus iniectis clysteris odoriferis, fomentisq; ex
 malua, ſeniuine lini, fœnugræco, & oleo. Non nunquam
 etiam melle, ualidoribusq; artemilia, cunila, calamitha,
 pulegio, & anthemide. Apponuntur autem utiliter teſ
 tebinthina, nitrum, cucumer agrestis, elatertium, cassia, liſ
 quida pix. Quibus autem os hiāt, uictus, fomenta, meſ
 dicamina ſicciora aſtrigentiaſq; grana mali Punici, lenſ
 iſci radices, rubi, myrti & quæ humidiori uulue con
 graſunt. Peruerſiones autem fomentis instaurare ac
 dirigere oportet, item iis quæ molliunt, iſcertis, uenus
 autem à tergo exercita, ad concipiendum uidetur con
 ducre.

* Male Al
 dus Xoī'z
 pro Xoī'z

IN nulnæ ostio rimæ, quas Græci rhagadas uocant
 s ex enixu uiolento sunt. Primum sanè latent, cum re
 centes adhuc ex partu sunt dolores, postea uero
 paulatim percipiuntur, alias manu, alias in coitu, nam &
 propter affrictionem cruentum reddunt. deprehenduntur autem sinu adaperto. etenim disruptiones scissuræ q;
 in ostioli circuitu oculis patent. In quibus manum ro^s
 dentiaq; medicamina uitantes simplicioribus infusibus
 pessulisq; utemur. prodest etiam tetrapharmacum dilutum. At si calum contraxerit, medicamento, quod chara
 ta constat, ex rosaceo utendum. Si autem ipsius vim
 non tulerint, iridem illyricam terebinthina exceptam imponito. ulceribus iam cicatrice obductis, conueniet ex cadmia confectum, aut aliquod ex iis quæ sedi conserrata sunt: ueluti quod recipit argenti spumam. Cum uero scissuras ueteres in condylomata degenerare contigerit similibus excindi, adq; cicatricem duci debent.
 Cæterum hæmorrhoides uuluz os & cervicem infestant, quæ in partibus instrumento ad perspicienda uulua accommodato, quod dioptrismō uocauimus, deprehendentur, qui at tuberculum in accessionibus ap^s
 paret evidens, cruentum & subrubrum. At ubi remiles rini, fluxio citatur citra dolorem subliuida & cötumax. In his igitur cum morbus dat inducias, scalpello modo fieri queat, exceptas amputare oportet: si minus, certe medicamentis ipsas astringere, partim attingentes sicco malicorio cum galla, aut huiusmodi aliquo, partim lis quæ in uulua sanguinem fundente exposita sunt, ut estes: quæ etiam propter fluorem muliebrem sanguinem fundentibus conducent, potissimum hoc notis discrimine, quod uulua continuo cruento manet per interualla, non solum in menstrualis purgationis tempore.

PAVLI AEGINETA
DE PARTV DIFFICILI.

Cap. LXXVI.

Difficilis partus accidit, aut ultio parientis, aut foetus, aut secundarum, aut foris aduenientium. parturientis quidem si crassa obesaq; sit, aut uulua tota exigua, aut dolorum imperita, aut timidiuscula, aut inflammationem in locis genitalibus aliave particula experta, aut alio quodam modo laborans, aut natura imbecillis ut foetum nequeat propellere, aut si ante temporis pariat. At foetus ultio, si uel iniustitiae magnitudinis existat, uel exiguus & modice gravitatis, uel magni capitis, uel monstrosus, uerbi causa, biceps, uel mortuus, uel uiuus quidem, sed imbecillis, ut foras non possit procedere, uel si plures foetus sint. Nam Herophilus, qui que edidisse mulierem, memorie prodidit. Vel si figura naturae contrariam obtineat. Naturalis siquidem figura est foetui: prima quidem qua manus femoribus porrectae sunt, caput ad os uulua recta dirigitur. Proxima huic, ubi in pedes conuersus est. Aliæ omnes præter has à natura abhorrent. Ob secundas, quod uelatæ intus est, partus redditur difficultis, si aut non auellatur ob crasitatem, aut prisquam opus est propter subtilitatem abrumptatur, humore siquidem evacuato, infans præficitate ægre mouetur. Ab externis difficultas oritur, aut frigore, quod uulua densauerit, aut calore immodo, qui vires dissoluerit, aut ex quodam fortuito accidente. Si igitur ex astrictione aut ueluti foetus ad arrestatione pariendo oriatur difficultas, laxatione prius opitulandum, infundendo largiter oleum dulce & calidum item decoctum fœnugræci, aut maluæ, aut seminis lini, aut etiam oua, quod leniendi facultate praedita sint. Deinde & pubem cum abdomen & lumbis medicamento illinere, quod semini lini constat: aut aqua mulsa, aut hydrelæo, infessibusq; similibus prodest. Insuper laxationes balineis moliri, nisi febris, aut alia quædam occasio impedierit, mouereque patientem gestatione in aere

calido mediocriter . Nonnulli etiam conquassationes
 ualidas, sternutamentisque ciendis idonea adhibuerūt.
 Timidꝝ, mentis robur admoendum : imperita dolos
 tum docebunt, ut ualidisime spiritum comprimat, &
 ad ingua depellat . Animo deficiens iis quæ stupori
 abigendo sunt, naribus admotis recreabitur . Alleuata
 mediocriter, cibo modico refocillabitur . Obesam mus
 lierem in lectulo resupinam figurare oportet, ut cum se
 minibus genua suclinent, quo uulua ad abdomen tens
 10 dens, è directo ostioli habeatur, quod ceratis, aut pins
 guedine delinire dígito oportet, & sensim aperire . Atq
 si morbus aliquis particulas male habeat, etiam huic
 prospicere . Ad hæc sterlus detentum molli clystere eo
 moliri, & secundas adapertas diuidere, aut digitis, aut
 15 ferramento quod πολυπάπιον, in ipsis occultas
 to sinistra manu præcedente, ac humorem quendam
 oleosum in uulua spatiū interius clysterio indere . Ve
 rum ubi infans præter naturam figuratus fuerit, natura
 lem reddere figuram decet, partim pellédo, partim ad
 20 ducento, partim flectendo, partim in rectum agendo .
 Et si manum pedemve præmisserit, non attrahere mem
 bro prehensum oportet, magis enim affirmatur, uel lu
 xatur, uel etiam abrumpitur: uerum digitis humero in
 fantis, uel coxae affixis rursus in conuenientem locum
 25 id quod promissum eo, diducere . Porrò si ore uulue
 compresso, totius infantis indecora fuerit figura, sura
 sum prius ipsum ab uteri ore sublimen detrudere con
 filium est, deinde prehensum rursus ad os dirige
 re . Postremo si plures uno infantes deferantur, ite
 rum à superiore, infernaque parte referes . sic ut om
 nia sensim & citra contusionem hant, oleo locis per
 undis . Tempus quo in sellam collocabitur partus
 riens, est, cum uulua os dehiscens, dígito sublabitur,
 & quod præruptum est, procumbit . Verum si non
 30 procedat, quod infans mortuus sit, aut alia de caus
 sa, ad extractionem quam Græci ἐμβρυοδλκισθ

PAVLI AEGINETÆ

appellant, ueniendum est.

DE COXARVM MORBVS.

Cap. LXXVII.

Coxendix ab articulari morbo nihil differt, nisi quod ipsius causa, nempe crassus pituitosus q; hu-
mor in sola coxarum compage, articuloq; cons-
cretus insideat. Dolor ipsa à natibus inguinibusq; ad
genua usque, in plurimis autem ad summum usque pe-
dem pertinet. Per initia igitur ægro nobis oblato, fæci-
bus clysterie uacuatis, uena in cubito secanda: cum san-
guinis detractione: si autem uelutatis ultium occupa-
rit, ex malleolo partis affectae immunitonem sanguinis
molierunt. In accessionibus fotu hoc utendum, Cypri-
ni cyathis octo, aceti cyathis quatuor, nitri cyathis duo,
bus, cachryos cyath uno, Succidis lanis calida admis-
uentur. Deinde applicabitur ipsis farina lupinorum ama-
rorum cum oxymelite, aut farina lolii, cum resina cucu-
meris sylvestris radice, nitro, calaminta, cachrys, baccis
lauri. Iam calaminta sola uilliter ex oxymelite, aut a
qua mulsa admouetur. Emplastru uero huius quod le-
nendi facultatem obtinet, usus est salutaris. Cera pon-
do denarii centum, terebinthinæ pondo denarii uiginti
quinque, æruginis pondo denarii sex, myrræ, galbani,
iris, singulorum pondo denarii sex, cedriæ pondo de-
narii quinque. Propinabitur ipsis liquoris cyrenaici quâ
tum eruus implet, aut castoriæ drachma cum opopanax
tribus obolis. Portò radicis capparis cortex potui-
datus, & cataplasmatis admistus præsentaneo est reme-
dio. Cum dolor multis excruciat, etiam medicamenta
à dolore leniendo apud uxæ dicta locum habent, ut pos-
te quod ad Philonem refertur, & quod duplice pipere
constat. Hoc autem enema inseretur, mellis cyathus se-
squiplus, oleitantundem: aquæ cyathi duo, nitri drach-
mæ octo, terebinthinæ drachmæ quatuor. His calidis
iniectis, anus præterea fouetur, quod longiori tempore
muccola astricta inhæserint, uacuat nonnunquam san-

LIBER TERTIVS.

51

guinem quando etiam magis opitulatur. At si malum perseueret, quod rarum est, iterum frequentius eo utendum est, in uicem aquæ centaurii decoctum admiscendo, sanguinem trahit & thlaspis semen inditum, succus elaterii, & medicamentum ex ipso factum, quod q; ipsius radicibus constat. Item oleum syconium, salforum piscium muria, & oliuarum colymbadum probe ingeatur. Cucurbitulæ coxendici multa cum flamma, cuto prius incisa desigendæ, interim quoque hitudines.
Q uod si his malum non finitur, ad purgationem eundum est, aut ex hiera, aut colocynthidos partis interne probe contritæ drachma offeretur in aquâ mulsa cyathis duobus, aut paulo amplius, aut minus, pro laborantis uirtute & alui facilitate dabitur. In aqua mulsa ruta in cocta, tum puls ex cucurbita sylvestri confecta recte hos expurgat. In quibusdam uero & uomitus à radiculis ciatus per initia profuit. Cum morbus se remiserit, drogas paces ipsis applicantur, ac copiæ ex euphorbio sunt uilia. præsertim quod à uarietate uocatur poæilon, mox balineæ naturales accommodæ. Si desiderantur, in aliis lauabunt balneis, commemoratisq; utendum est acropis, & compositis nitrirs, medicamento. Ascleplo, & qd ex euphorbio, adarce, nigro, ueratro, castoreo, pyreto, pipere, pedicularia, quam staphida agriam uocant, simili ponde re confit. Secundum balineas inspergentur picis aridæ unciae tres, sulfuris ignem non experti unciae due, cuti adhuc calidæ, quæ charta etiam contegetur. At si ne haec quidem profecerint, ut morbus infestare desierit, congruum erit & sinapi cum caricis, uel etiam, per se illitum. In totum uero hos restituit sanitati, iheridis herbæ usus, quam lepidion quoque alii sylvestre cardamum appellant. Quæ uero apud nos fruticosa nascitur similibus lauri foliis, & multo amplioribus, respondere multa experimenta testantur, non solum in coxatum, sed in aliis quoque diuturnis affectibus, queret statem uero longe sunt efficaciora: At qui, si folia tunc non produ

P A V L I Æ G I N E T Æ

xerit,cortex.ipius radicis contunditur cum adipe suillo
ut emplastry speciem repræsentet,indeo linteolo densio
ri illatum locis maxime dolentibus imponitur, nempe
acetabulorum confinio & femoribus , finesq; tam diu
quoad cuticula superior nigrescat aut ex toto liueat. Po
stea ipsum auferes,loto'q; ægrotandi ceratum impones
opopanacis drachmas quatuor,quæ aceti cyathis duo
bus dissoluuntur,excipiunturq; cerato cypriño. Quod
si talium adurentium usus abominantur, emplastris uti
refectoriis oportet,è quorum numero hoc quoque est
ceræ,resinæ pitynæ,singulorum drachmæ duodecim,
terebinthinæ columbarum sylvestrium stercoris, flociū
uini recentium,singulorum drachmas sex,galbani,sesq;
drachma. Atque ex reficiensibus est qd leæna appellata
utilia uero sunt quæ ex myrrha stillatice & nitro præ
parantur.Iam nonnulli iis usi sunt potionibus quæ ad
annum continuantur, in quorum græge habetur medi
camentum diateseron uocatum:chamædryos pondo
gentianæ dodrans,aristolochiæ rotunde dodræs,ruta
feminis siccæ sextarius . hæc tusa cretiq; dantur quotidie
cochlearii menura feiuno & probe concoctione obita
ex duobus aquæ frigidæ cyathis ad annū, donec mor
bus finiatur.Eadem promittit medicamentum dia hep
ta,id est ex septem confectum,& quod ad Proclum au
thorem referunt.Exercita absoluuntur, inambulatione,
continuis flexionibus, saltatu,& cursu.Cibus mediocri
ter tenuis & concoctu facilis conuenit, porro si malum
nulli ex commemoratis cedit, alia in suppurationem
conuertitur, alia neriis qui artus conuincidunt, laxatis,
membrum luxatur.Q uare cum uitium longius se pro
rogat,articulum tribus, quatuorve locis urere oportet,
ut in chirurgica dicetur , ac complusculis diebus ulcera
adaperta,sine cicatrice seruare.

D E P O D A G R A E T A R T I C V
lariis morbis. Cap. LXXVIII.

Non sola particularum corporis imbecillitas, po-
dagricos articulariosve cruciatus excitat, sic e-
nīm accessiones, sine ullo temporis intervallo ur-
gerent, præcipue cum infirmitas imbecilibus articulis
semper incumbat. item ne humor quidem solus hos
dolores creat, quandoquidem non solis uitium articu-
lis infidet: sed utrumq; & humor à natura alienus, & par-
ticularum imbecillitas morbi adfert articulatum. quo
ties enim altrix facultas, imbecillior, solito ciborum gra-
uatur copia, tunc cruditates enascuntur. Itaq; excremen
titius humor superans, in quod cunq; articulamentum,
quod antea imbecillus euaserit, se confert: & artibus
sele infiuans colligantes nervos sic diffundit ut dolore
pariat: necq; enim nervos, per quos motus dispensatur
arbitrarius, affectu primario, inflammatio infestat, quos
niam artuum prius internodia, obsideat ea necesse est, ut
quæ medias tibias vel femina, vel crura, cubitos, aut bra-
chia intercedant. Sed afficiuntur iidem nervi tamen lege
consortii, quod cū articulis ineunt. Quare si inferiores
partes factus cursus pedum articulamenta repleat, pos-
tagra uitium nuncupatur. Si cæteros corporis artus in-
tricet humor, οὐ τρίτην Græci, nos articularios mor-
bos appellare consuevimus. Quo uitii nomine,
vertebras, humeros & maxillas comprehendimus,
omnetaque articulum, quicunque morbo implicat-
ur. Nonnulli uero aures, dentes, fauces, & non
nunquam iecur, lienem articulariis doloribus con-
fictari pronuntiant. A quibus nisi de subito uitium
in artus sele recipiat eruenterque, periculum breui tem-
pore laborantes occupauerit. Sed humor superans
qui iuncturis sele inserit, uel biliosus est, uel sanguineus,
alijs atra bile uitiosus, plerunque etiam pituitosus,
crudusq; copia alimenti, aut cruditate, aut olio conge-
stus, uerum uetustate in articulis crassescit, & glutino-
sior enadit, sit ut in duritiem contumacissimam, quam
Latini topum, Græci poron appellant, occalescat.

PAVL I AEGINETÆ

Interim uero diuersa humorum colluuius, ultimum con-
trahitur, ob quod ægre dignosci, & difficulter medica-
mentis elidi potest, uel etiam pene nullo remedio sanes-
scit. Ceterum hoc mali frequenter antecedit improbus
labor, uehemens ambulatio, equitatus creber, usus uene-
ris intempestiuus, insueta frigidæ potio, frigidorumq;
uel multorum noxiiorumve ciborum eus, multus uini
us. Iam aliqui prolapstu, uel de turbatione, uel propul-
su, uel luxatione, uel id genus altis, prima morbi fundas-
menta iecerunt, sic quidem ut etiam tunc materia in cor-
pore defes præcesserit, sed euidentis causa eam ueluti au-
thor prioritatis. Mæcerores autem, curæ, per uigilia, & re-
liquæ animi affectiones, non hanc modo suscitarunt, sed
ipsæ noxios quoque succos, siue primario, siue ex acci-
denti procreat. Variæ igitur, ut à me dictum est, af-
fectus causæ habentur. interdum tamen cæca ipsius ori-
go est. Sed deprehendi facile humorum noxam inferē-
tium discriminâ possunt, tum suis coloribus, tum iis q;
superuenient denotata. Siquidem biliosam defluxionem
collor suppallidus, & subrubens testatur. Item caloris
sensus, dolorisq; lancinantis modo acris, item humor
in cutem subito, sine evidenti tumore erumpens. Infla-
matio, admotis rebus calidis, contentsius incandescit, si
cut iis quæ refrigerant appositis sopitur. Hoc sane cum
allis omnibus magna ex parte, tum maxime iis qui à bi-
lio humore originem habent eueniare consuevit. Sub
inde febris in ipso accessionum statu accedit, ualidaq; si
ti conficit. Parimodo si atra bilis in articulis delituerit,
color partis nigror reddetur: si pituitosus incubuerit,
exalbidus & aquæ subtet cutem fumilis apparebit, ubi
dolor quadantenus demulcetur, & tardius in tumorem
materia se attollit, quemadmodum si sanguineus hu-
mor redundet, cruentus color emergit. Verum ut singu-
la exæstus dinoscas, superior uictus ratio reliquaq; con-
sulenda tibi ueniunt.

Curatio

LIBER TERTIVS.

113

CURATIO BILIOSÆ DEELV

xionis articulis conceptæ.

Initium curationis si flaua bilis articulos exerceat, magis; ipsius qualitas, vacuatione noxi humoris tentabitur per medicamenta, quæ flaua bilem excernunt, quia se est maxime quod ex rhodomelite temperatur, tum quod malis cotonis constat, item antidotum ex hiera picra, & ex aloë catapotia. Per accessiones uero à foris utendum rosaceo cum ouï luteo, & unii momento, quibus particula sensim inficata, manu demulceatur: herbe admoventur quæ refrigerant, ut solanum, portulaca, althæ, tercum, semper uluum, palustris lenticula, seris, papauer, polygonum, rosarum folia, & consimilia. Et nunc hæc illinuentur, nunc micæ panis posca imbutæ adhibentur, uel hordeacea farina cum rosaceo superaccommodatur. At si inflammatio sic excandescat, ut erysipelatis naturam induat, manifesto lenitetur cucurbitæ recentis cortice imposito, aut peponis, aut cucumeris carne, & per se, & ex pane, item perditiis foliis & hederæ frondibus cum pane uel polenta. Ad hæc psyllium farinæ hordeaceæ incocatum, flagrantes æstu inflammations mirandum in modum tolatur, simili modo & rosaceum cum quibusdam refrigerantibus succis illitum, confert etiam sequens medicamentum quod fabarum lomento componitur, habet autem hoc pacto: ceræ quincūx, chamezelini rosacei, singuli sextantes & dimidiū, fas bacei lometi semuncia, ouorū lutea quinq; A L I V D. cataplasma, uirentes maluæ coctæ teruntur, psylliū priuatum in uiscum redactū, admiscetur; atq; cū ouorū luteis, oleoq; chamezelino subacta affecta parti illinuntur. Si uero tantus urgeat dolor, ut laboras par esse feredo nequeat, medicameneto ex croco, glaucio & opio uti conueniet, quæ in posca trita sublinentur, aut eisdem intincta panis mica superponitur. Galenus autem, ut ipse memo riae prodiidit, iachrymæ papaueris drachmas quatuor, croci drachmā cum bubulo latte, uel caprillo, uel panis

PAV. REGIN,

V

PAVLITÆGINETÆ

mica excipiebat, rosaceoq; subactis utebatur, aut opium
crocumq; pariter trita in lacte, cerato rosaceo excipiebat.
Cotulerit et in accessionibus ceratum ex turpeta pisce
confectum, siem oleum ex eodem expressum. Persimilis
est efficaciam, micam panis aqua macerata, uel posca im-
butam cum succo semperuiu, uel portulaca, uel solani
uel palmularum carne & papaueris semine, pari portio-
ne, adiectis ouorum tostorum luteis cum rosaceo deli-
nere. Verum his quæ membris torporem inducunt, nar-
cotica Graeci uocant, diutius non erit insistendum, q; ut
doloris uehementiam solum lenienterint. siquidem largior
isorum usus, sic insertum constringit humorem, ut in
tophaceam duritiem occalescat, ac diurnas motus
difficultates pariat. Ab eorum igitur usu quæ dolorem
arcant uel medicamentum è succis herbarum facto, dia-
chylon uocant, ex chamezelino resoluto, utendū erit,
uel eo quod dialtheas appellant, uel huius generis alio.
Posteaq; uero partem affectam quæ refrixerit recreave-
ris, roboranda erit palmulato medicamine quod dia-
phænicinum dicunt, cum oxyrhodino, uel rosaceo uino
subacto. At si emplastra detrectent grauenturq; concre-
tum acaciae succum ex posca, uel lyciu adiecto croco &
glaucio, aut succo perditi cum posca, delinere coenunt.
videlicus ratio refrigerans humidaque erit, ut hordei cres-
mor, ex chondro sorbitiones: ex oleribus, malua, laetitia
ca, intybus: auium cohortalium pulli, & earum quæ in
domibus oberrant: pisces saxatiles, erinacius pedines
& elius note reliq. Vitanda oia calfacientia, & q; pallida,
aut flaua bilem generat, unum uetus fului, uel nigellum,
& cibi repletio, balineis utendū aqua potulenta factis, si
nihil prohibet, cum defluxiones intenduntur, & cum ab
sunt, haec ad causam pertinent. Temperandum ab ira,
furore, inedia, acrementorum elu, temulentia, immodi-
co labore, & ueneris usu.

CVRATIO SI SANGVIS
artus infestet.

In quibus sanguineus humor redundat, protinus sanguis
 mitti debet, qui tamen in pituitosis, aut alia bile inf. &c.
 detrahendus non est. Siquidem in his succus uenis pla-
 rim partē conceptus residet, qui copia sua potius q̄
 qualitate offendit. Verum statim cum quis morbus ex-
 periri coepit, sanguinis mistio erit tentanda, qui uero
 iam sp̄ius huiuscmodi defluxionibus sunt conficta,
 plus noxa, q̄ auxiliū ex sanguinis detractione sentiunt.
 præsertim qui corpore sunt imbecillo frigidoq;. Post
 sanguinem detraictum, nisi solus ille superauerit, momē
 to temporis interposito, purgationem ex hiera antido-
 to moliemur, aut Iuliani oxymelite, quippe hæc magna
 commoditate purgant: qui uero ab huiusmodi medica-
 mentis uacuantibus abhorrent, catapotia quæ sequun-
 tur deuorabunt: aloes, colocynthidis, id est, cucurbitæ
 sylvestris, ueratri nigri, scammoniae, singulorum uncia,
 euphorbi, nitri, singulorum semunciam, succi brasificæ,
 quod ad ea capienda satis sit. Dantur singulis pro urinâ
 ratione: melius proficiet, si cotoniorum succo excipiā-
 tur. Aliud genus catapotii quod & in accessionibus, &
 cum dolor inflatioq; remiserint, integratasq; facta est,
 exhibetur, qualiscumq; etiam humor articulos affligat.
 Recipit aloes se libram, agarici, croci, singulorum semu-
 ciā, costi, spicæ, nardi, iunci odorati rotundi, floris ope-
 ballani, easias singulorum unciam, scammoniae sextan-
 tem, epithymi quadrantem. Modus leuior instar duorū
 scrupulorum, summus quaterni serupuli. Iam uero ex
 armeniaco lapide catapotia, mirifice uentrem subdu-
 cunt, ac proprie articularis doloribus congruunt,
 tum inter fluxionum principia, tum in incremento,
 ubi dolor uehemens urget, tum in remissionibus, ubi
 in totum conquieuit, sed quoniam nonnulli scam-
 moniam eu stomacho noxiā fugiunt, dabūtur ipsis,
 præsertim cum pituitosa subluuies torquet, hæc ca-
 tapotia, colocynthidis medullæ, ueratri nigri, bdele-
 lii, gummi, aloes, singulorum uncia, nitri Alexan-
 dii, gummi,

PAVLI ÆGINETA

drini, euphorbi, singulorum lemuncia, dantur quater
nis scrupulis. Ego inuicem gummi epithymū adiiciebā,
Sunt qui in omnibus articulariorū uitiorum accessionib
us, ipsis ēt exhibitis hermodactylis aluum purgatione
solicitauerint, sed attendendū est, quoniam hermodactyl
lus stomacho facesit negotiū, cibi fastidium ex reple
tione, & uentriculi redundantiam mouet. Quapropter
in his uti consilium est, qui obeundarii actionū neces
itatē habent, etenim post unū, aut alterum, diem pluri
ma ex parte defluxionem ex toto finiunt, sic ut cōsuetis
muniis obeundi sint idonei. Notus mihi est q̄ non her
modactylī substantiam, sed herbat ipsius decoctū citra
quancunq̄ mifionē, nō secus q̄ apū aut anisi decoctum
potui p̄æbuerit, ac mirum est q̄ resoluta s̄pē alio de
fluxionem sedaret, uerum quemadmodū nuper retulī,
stomacho int̄nicum est. Quare hīs postea quæ stoma
chum confirmant, uiresq; eius recolligunt, mediocriter
offensum os uétriculi corrigere licebit, ut à uitio quod
hermodactylus intulit, stomachus sese vindicet. Multo
laudatius esse medicamentum Alexander prodidit, qd
ex coronopodio temperaretur, quod & eandem dete
ctionem, & dolores omnes discutiat, nullamq; stomacho
noxam inferat. Ceterum pituitosis, si mediocris do
lor affiat, ea debent à foris illiniri, uiridis brasica, apii,
cunyla, uerbenaca recta: sin acris dolor affigat, farinæ
foenugræci parteis treis, pollinis loliae, farinæ cicerū,
singulorum partem unam, ex aqua mulsa, aut uino teo
nui cum modico cypriño, uel nardino conuenit illinere,
maxime per hyemen, item cinis crematæ radicis bras
icæ, eiusq; colliculorum cum axungia illitus, multis
fuit p̄æsidio. Sed finiendis doloribus recens adhiben
da axungia, discutiendo autem humorū uetus falsa au
xiliatur, bubulum sterCUS cū hordeacea farina in aqua
mulsa coctum prodest: uel per se recens & liquidum,
uel ex foliis brasicæ similiter capitillus firmus perse, uel
cum hordeacea farina coctus in posca, Quonia uero

nonnulli quadam cōtrietatis lege remedium senserunt
 Ceterum diuersorum humorum nonnullam medicina
 rum distinctionem postulat) commemoranda iam ha
 rum materia est promiscua. Itaque sylvestris atriplex &
 sativa cum pane commode illinitur , aut uerbasci folia
 cum bulbis,& pane trita, uel ex polenta, uel cataplasma
 ex hordeaceo polline. At in quibus obscura morbi est
 origo,hæc semel experiri abunde fuerit,modo ad con
 similia transgrediundum est, modo contrariis pugnans
 dum. Nec tamen eisdem diutius immorari consilium
 est, si nullum ex eis iuuamentum percepint. Hæc quo
 tidie in artis operibus fieri uidemus, ut id medicamen
 tum unu articulo profuerit, alteri in eodem ægrotanti in
 flammationem excitarit, quin etiam non modo opitu
 letur, sed confessim (quod maxime est mirum) offendere
 rit. Q uippe unus idemq; ſæpe articulus ex eodem re
 medio nunc iuuabitur, paulo post eiusdem appofitu, in
 flammationem concipiet. Nunquam igitur aliquis cū
 glutinosus crassusq; humor superat, caldioribus leuabi
 tur auxiliis. Verum cum acer, aut feruidus humor præ
 cellit, tum refrigerantibus solatum inflammationis pa
 ratur. Nec miraculum eft si materies natura frigidior in
 flammationis tempore, & fetuore æstuet & incadescat,
 ubi flauæ bilis miscellam admiserit. Porro tophos in
 artibus impedit coalescere lupinorum farina cum oxy
 melite, uel posca, uel laserpitio, aut brioniae radice cum
 pane. Iam hoc quod sequitur citra noxam mitigat, &
 mediocriter discutit, lycii, ammoniaci, thymianatis fin
 gulae unciae cum uino ueterrimo & oleo acerbis oliuis
 expreſſo, tritæ coquuntur è lomento fabarum, quod ſuf
 ficit, adicitur, coctæ mediocriter illinuntur. Post inflam
 mationis statum, reliquias tumoris diſcutiunt illiti bulbi
 per ſe, uel cum polline polentæ, ad uellicatum uſq; ſuf
 fricti, hoc enim modo efficacem uſum exhibet. Q uod
 35 si nihil hiſce cataplasmatis leniuntur, foſtibus & liquoris
 bus ab alto deturbatis eft certandum, maxime ſi tumor

PAVLI AEGINETÆ

extrema occupet, sunt autem hæc, chameæali & mes-
 iloti, aut centaurei decoctis. Nonnullis etiam capparis
 decoctum abunde fuit auxiliū, hoc tamē quod infra scri-
 bitur, omnibus præstat efficacia. Thymus, organum sa-
 turei, & calamintha, in aceto quām acerrimo cocta,
 eisdem acetū imbre affecte partes, non semel, aut iterū,
 sed frequenter in die souentur. Hoc præsidio permulti
 prissinam valetudinem recuperarunt, quibus non piti-
 ta solū, sed flava etiam bilis fuit infesta. Non desunt
 qui & subsequens medicamentum salutare sint experti,
 ilicis glandes in farinam detritæ diutissime percoquun-
 tur, hoc d' luto extremiti artus per fluxionum initia lōgo
 tempore proluntur. At quæ interius partes habentur,
 spōngiis foueri debent, hoc enim liquore materiae im-
 petus auertitur. Idem & bile uitiosis artibus conuenit,
 quemadmodum calida sine aliquo decocto partibus
 superfusa. Porrò doloribus qui intenso frigore, aut hu-
 moribus inter articulorum ossa demersis cōtrahuntur,
 ualens hoc est remedium. Olei ueteris, nitri alexandrini
 resinae terebinthinae singulorum pondo libra, euphor-
 bii pondo uncia, iris pondo sextans, fœnugræci farinæ
 sextarius unus, his autem ea quæque quæ aduersus co-
 xendicum cruciatu scripta sunt pulchre nimirum opis
 tulantur, multi siquidem aduersus huiuscemodi perfric-
 ctiones cum morbus se se remiserit, sinapi cum pinguis-
 bus hisc usi sunt, tum aliis quæ extrinsecus ruborem pu-
 stulosum excitant. Alii uero medicamentum ex cantha-
 ridibus admouent, uerum hæc in postertum officiunt, ni-
 si aliquo etiam molliente utantur, ut è radicula compo-
 sito, diastrtheon uocant, & basilio, & arbore populo
 cōfecto, populeum dicunt, aut ex elate, aut ex nigra po-
 pulo, aut bromlio, aut lysiponio aut ualentioribus aco-
 pis. Vbi autem neruo consensu, aut consortii iure ar-
 ticuli laborant, aut si humor intra ipsorum compaginē
 coakuerit, mulæ lotio in morbi statu potissimum, &
 in frigidis defluxionibus souete cominodum est.

Pariter conuenit etiam ex utroque ueratro pastillus
cum mollis & fungosus tumor articulos implicat, &
fomentum ex sale torrido , aut etiam aliter è mari
na calida per spongas artus perfudisse uincit , item
emplastrum ex sale præparata , uel ex myrrha stillatio
nia , stacten dicunt , & nitro , hisq; consimilia cata
plasmata , post uigorem morbi auxilio sunt , uiclus
ratio siccior minimeq; excrementitia competit , item
inedia , uel parciores cibi : frequentibus balneis abstis
nendum . At si lauent , nitrum aliaq; frictionibus adjung
iant . Vbi dolor inclinauerit , exercitiis se credent ,
articulos maxime perfricabunt , in naturales , balis
neas descendant , in sabulo , uel arena saburrabun
tur . Vomitus à radicula cibisq; assumptis moeves
bitur . Qui ad hoc se commode habent , etiam uero
ratro nigro uacuabuntur per uomitum , uel etiam per
aluum inferiorem deilicent .

Q V O M O D O S A N G V I N E

infestati artus curentur .

Qui ex sanguine dolorem articularium conceperunt ,
post prima morbi rudimenta sanguis statim detrahens
dus est , mox remedial loco dolenti sunt inducenda , si
biliofior acriorq; sanguis redundet , eisdem que in flas
ua bile diximus , certandum , si frigidior , pituitofiorq;
aut atra bile deprauatus humor coaluerit , iis que pos
site subdidimus præter illa que maiore prædicta sunt
acrimonia , curationem tentabimus : at si uitium in uetus
statem incidit , his quoque locus erit . iam hoc cataplasm
ma in principio proficiet . Malicoria , et baccæ rhois
cum polenta ex uino detrita illuinuntur . A L I V D .
Brasifæ folia cocta accurate conteruntur , aceti flo
ces cum duobus coctorum ouorum luteis , & ros
acei momento , adiiciuntur , leuigataque simul los
co iniiciuntur . sed hoc medicamentum subiung
de mutandum est . cibi assumentur qui extenuant
& parum nutriti : carne igitur & leguminibus ,

V iiiii

PAVLITÆGINETÆ

& quino copiosiore nigro: abstinentum . si autem fieri
 posuit; etiam ex toto uinum circuncidendum. Plurimos
 siquidem noui; qui proflus abstemii omnes sanitatem
 consecuti sunt. Alii siquidem per morbi initia omnino
 liberati sunt. alii in posterum rarius & minori dolore ac
 cessiones percepereunt. Qua propter nisi quid obstat,
 aut futurum inde aliquid metuant; perpetuo uitæ agent
 abstemiam. A quibus per imbecillitatem , aut per fri-
 gionem aliiquid subsecuturum opinentur; ad biennium
 usque abstemij; inde ad pristinam consuetudinem re-
 uersi; modicum dilutumq; continentib; bibent. Opo-
 tet autem abstemios in uicem uini decocto anisi; aut ali-
 cuius cōsimilis seminis uti; fructibus fugacibus reliq; q;
 refrigeratoriis abstineere; tum uenoris uisu . Qui uero
 per medicamenta; quæ per annum bibuntur ; morbum
 proflus tollere uoluerunt; multis sanè quibus pituitosus
 & excrementitus humor articulis itincubuerit ; opitulati
 sunt; uerum qui calidioribus siccioribusq; constarent na-
 turis; hos in subitam mortem præcipitarunt; quod ma-
 teria ad interaneum; aut renes; aut costas; aut pulmones;
 aut principem quandam partem se contulerit. Satius
 itaque est biliosiore prædictis habitu; aut copioso san-
 guine refertis; uini uisu interdicere. Sic enim commemo-
 ratis uitæ periculis; minus erunt opportuni: frigidiores
 autem & recrumenti pleni; facta ex uiperis theriaca uil-
 debent; hyeme frequentius; per aestatem rarius. Sed cru-
 di minus eam assument; uel enim morbo liberabit; uel
 certe leuiorem reddet; nulli ex prædictis particulis offi-
 ciens; sed quoniam nonnulli etiam commemoratis uti
 antidotis cogunt; non te lateat id quod ad Agape-
 tum; uel Proclum authorem refertur; tum quod das
 massonion dicitur; item quod atacton & otoidon;
 item quod ex scordio; aut corallio componi solitum
 est; alia plerique non mediocriter proficere; nec non om-
 nium tamen securissimum est longoq; usu probatissimum;
 diacorallion; siquidē cōcretas iam in tophum duritas

tumoresque callosos discutit, horum omnium uires &
 modū usus, uolumine, quod compositis medicaminis
 bus dicatum est, offendit, similiter aduersus articula-
 rios dolores, medicaminum quæ psilotra uocant, mi-
 lituram usumque in eodem habitu, nempe pituitosio-
 re. Alii uero qui à toto se morbo vindicare uolunt,
 integras uulpes oleo tantisper incoquunt dum intabue-
 rint, quo articulariis morbis medentur. Non desunt
 qui uiuas lebetibus immergunt. aliu tantum emortuas
 10 coniiciunt. Pari modo etiam hyenas percoquunt, oleū
 hic conficentes, quod disctiendi uim habeat. deinde
 eo balnei solia complent: in qua postquam descendes-
 runt, immotari ibidem diutius ecque articulos con-
 fricare præcipiunt, unde s̄epe factum ut non modo
 artuum tumores, sed etiam uniuersum corpus euā-
 cuaretur.

DE TOPHIS, Q VOS GRÆCI ci poros iocant.

Quoniam & topi subinde in articulis creantur modū
 16 ob humoris qui ad eos decubuit crasiciem, tertestrēq;
 duritiam, modo propter immoderatos disctientium
 resiccantiumque medicinatum usus, sine earum mixtu-
 ra quæ emolliendi uitute pollent, sciendum tenuit ea et
 se conuenientiora, quæ mollientem simul & discus-
 tientem naturam sottintuntur. itaque emolliunt adipes
 uetusti, medullas, ammoniacum, bdeliūn, oleum be-
 ne uetustum & styrax. Digerunt autem & relificant, nī-
 trum, sal, myrrha stillaticia, adarce, euphorblum & cōsi
 similia. uerum ad concretos in articulis tophos pro-
 prie facit uetusissimus acerrimusq; caseus cum suillæ
 carnis præpinguis ac ueteris decocto contritus & sus-
 perimpositus: siquidem sua sponte topo dehiscente
 quotidie humor qui intus coierat, eructatur. Valeat
 etiam medicamentum diapernes, probatissime quod
 35 dupli modo præparatur. item quæ ex stillaticia
 myrrha confiunt, iam hoc peculiariter facit quod re-

PAVLI AEGINETÆ

cipit spumæ nitri, resinæ terebinthinæ, myrræ quæ primum sua sponte stillauit, propolis singulorum pondo triens, ceræ pondo bes, colophoniae libra, olei fuscucia: mixtis utitor, tū in tophis, tum in abscessibus: iam quod ex cynabari temperatur, tritificum est ad tophaceos tu mores, aliaq; complura: sed ægre paratur. Q uod uero ex leptocaryis conficitur, præter quod salutare, etiam facile conquiritur, non solum ualentioribus, sed tenebris quoque corporibus accommodatum, si assumat medicamenti, ex melle, tiel ex anemone confecti partes duas ad illius partem unam: quæ si desiderentur, etiam eam eius quod cerussa constat, subinde æqualis modus ipsi miscetur. A L I V D ad tophos, sandaracha contrita querneo usico excipitur, usuiq; est. A L I V D. Profecta etiam ad fistulas & ægilopas, olei sextarius, spuma argenti & dodrans, auripigmenti semuncia argenti spuma oleumq; tantisper incoquitur dum manus non insquam ustionem senserit medicamentum ab igne tollito, ac utitor. Ex asii lapidis flore confecta, ubi morbus intermisserit, imponuntur, quæ ad omnium articulorum nodos concretos accommodata toto morbo liberare nonnulli ueterum testatum nobis reliquerunt. At ex sahis flore preparatum medicamen si in morbi declinatione similiiter imponatur, tumorum reliquias digerere experimenta fidem fecerunt.

Q V O M O D O Q V I S A P O

dagra se tueatur afferatq;.

Podagram quæ iam confiterit articularium ue dolorem, sine prædicta medendi ratione aboleri longe difficultum est. At quæ nondum radices egerit, propulsare aut ea tentatos & recidua tueri, haud fuerit difficile, si quis cibis demat, & eis utatur quæ prompte in membra digeruntur, excrementisq; uacant, item uino moderatione & exercitationibus satis se committant. Q uod ad presidiis partem attinet, sal minutum in oleo tritus &

Aldus
unciae
octo & s.

articulis affrictus omnes qui se ab hoc ustio vindicare
vouint, magnifice iuuat, nisi praeter modum sicca inteo
perie sint prædicti, eo q; illitu, & mane & uesperi per too
tum uitæ currículum, saltem ubi inflammationes inclis
nauerint, utendum est.

AD PERNIONES Q. VI

pedum plantas cum calces infes
stant. Cap. LXXXIX.

Perniones ulcera sunt, quæ ex frigore hyberno in
digiis manuum pedumq; contrahuntur, Graeci
chimethla nuncupant. Itaque egelidam aquam
marinum superfundere oportet, uel betæ decoctum,
uel lenticulae uel erui, uel regia radicis. A superflusio
ne, lenticulae cocta uinoque detrita admouentur,
uel fucus ex oleo leuigata imponitur, uel alumen
cum farina pari modo, in uino pertrita applicatur,
aut flores uini subatidæ, aut bulbis recens uino tri
tus adgiturantur, aut alia in oleo fræta, tritaq;, uel ceo
ra oleo medicocris liquefacta imponitur, aut malicoris
um incoctum uino, & in tenuem redactum puluerem,
cerato rosaceo exceptum inducito, prius locum decos
to lupinorum irrotans, aut mannam, sulfurq; ignem
non expertum, cum melle cocto initico, at alterci suco
bus continenter illitus, ab inflammatione & doloris
bus vindicat.

MARCELLIVM AD
PERNIONES.

Rapa satiuæ radice excavata, conicitur in capacita
tem ipsius cere sextans, olei lentisci quantum suffi
cit: cocta in æneo lebete ex marina aqua, aut mu
ria, aut lupinorum decocto, partim loco superfun
duntur, partim ceratum in rapa liquefactum frigio
dum imponitur. At in exulceratis pernionibus,
thûris, aluminis scissi, minii, resinæ terebinthinae sine
gulorum par modus: adipe suillo diluta inducuntur.

PAVLII REGIN ET AE

Verum si inflamatio exulceratos perniones male ha
beat, medicamento utendum hexapharmaco quod re
cipit olei, unciæ nouem, taurini adipis & fellis, singulo
rum libram, argentis pumæ, unciæ sex, colophoniae, uno
ciæ quatuor, mellis unciæ sex.

AD DIGITORVM RIMAS
totorumque pedum quæ ras
gades dicuntur.

Pice liquida delinuntur, aut cancro fluuiatili, aut mari
no super carbones cremato, testa abraditur, & cum o
leo trita ut mellis spissitudo sit, absteritis prius scissuris in
stillatur. Proficit etiam scillæ medulla oleo feruefacta,
item terebinthina contrita, necnon cornu caprillum ustū
exceptum q; adipe caprillo, sed callos circum purgare
oportet, & sic medicamentis uti.

AD SCISSVRAS CALCANEORUM
& planipedum anthera.

Calcis uiuidæ drachmæ decem, cerussæ drachmæ uis
gitil, ceræ tantundem, aut triginta, porcinæ pinguedinis
recentis unciæ septem, colophoniae unciæ nouem, suc
ciliæ seminis cyathus, olei dulcis unciæ quadraginta;
teneram plantam efficit ut aliud nullum.

A L I V D. Adipis caprilli, ceræ, olei singulorum pa
ri mensura utitor. **A L I V D.** Malicorum aceto in
coctum diebus quinque applicatur, deinde loco undi
quaque purgato calx uiua cum oleo aut sordibus im
ponitur. **A L I V D.** Scilla cocta oleo, ipsa quidem
ficta proficitur, oleo uero terebinthina liquefacta ad
mouetur.

AD ATTRITVS CALCA
nei ex longo decubitu.

Ceræ, olei, argentis pumæ, mellis, pares modi, proficiunt
in omni exulceratione, plani pedum, calcanei, supernæ
partis, & internæ digitorum, magisque si ulcus ungu
si propinquum.

LIBER TERTIVS.

159

AD SORDIDA PLANTÆ

ulcera emmoton, facit etiam
genitali exulcerato.

Amurcæ cyathus, aceti cyathus, cocta vase æreo do
nec melleam spisitudinem habeant, & trita separatum,
profund. Item squamæ æris drachmas duas, mannae
tantudem, lanarum, succidaram mollium, quantum
manu comprehendendi potest, coneturum teda ustorum
que cinerem totum excipito & utitor, in vulneribus q
dem uino diluens, in naturalibus & pedum plantis pas
so. A L I V D. Amurcæ, mellis despumati, paria pons
dera, hoc etiam cicatrices tollit.

AD INTERTRIGINES, EX
CALCEAMENTIS.

15 Pulmo agninus, faillus & capillus benefacit, uerum co
ria ex ueteribus calceamentis combusta, si inflamatio
urget, nihil quidem adferunt praesidii, sed illa finita, mul
tum: uel cepa cum gallinae adipe copiosior adiicitur,
uel galla combusta inspergitur, uel acacia acetō dis
luta illinitur.

AD CLAVOS CALLOSQ VE.

Cap. LXXX.

C Lavis prius undiquaque purgatis, inducitur mes
dicamentum quoddam ex edentibus, quæ sep
tica, Greici vocant, aut ærugo rasilis, aut sandara
cha, aut syringiacum aridum, aut collyrium syringiacum
loco gummi, ammoniaco exceptum. Est autem
clavus teres figura callus, colore candidus, clavorum
capiti similiis, toto corpore, sed pedum solo digitisque
30 præcipue nascens, quem dolor sequitur & incessus imo
pedimentum. Tollitur autem longiori tempore, etiam
si quis excedentem clavi partem continue abradat scal
pello, aut pumice affricet, similiter etiam callos. Profis
cit lupinorum crudorum concrematorum cinis cum
35 melle, aut misy, liquida pice exceptum, melanthion
cum urina pueri impuberis, uel ovi luteum, fabarum

PAVLITAE IN ITA

somento cum aceto incoctum. At hoc subinde expertum est, cantharidum, amenti futorii, castorii, par modus singulorum, excipitur terebinthina, ut emplastrum fiat spissitudo, clavoque prius circumcisio imponitur. A L I V D. Fœculæ, calcis uiuæ, uisci, singulorum pares portiones, cum stiilatitia lixiua, uel urina pueri impuberis.

AD VNGVIVM VITIA,
& primum de reduuiis.

Cap. LXXXI.

Reduuiæ, Græci paronychia appellavit, abscessus est qui ad reduuiam unguium coit, cum parua adhuc est & prima habet rudimenta, galla cum melle eam reptimit & confirmari prohibet, uel Musæ pastillus, uel iris ex aqua. At ubi caro iam præter natum excreuerit, eo curatio diligenda est, ut per rodentia medicamenta absumatur, rumpaturque: ualeat autem ad reduuias, tum aurium sordes, tum lycium. suppuratas autem reduuias, acu adacta humorem emittere, spongiamque aqua imbutam imponere oportet, uel lenticallam illinere cum aqua tritam, aut palmularum cum uino, uel rosis uiridibus, uel siccis, aqua respersis tritisque uel polentiam cum aqua, efficax est reduuiis etiam lupinorum farina melle, uel mulso macerata. Ex ulceratis reduuiis opitulatur hoc medicamentum. **A**eruginis, argenti spuma singulorum drachmæ quatuor, sarcocolla tantundem, super linamentum ex uino & spongia imponitur. Conuenit autem carnem undique ab ungue diducere.

DE PTERYGIIS.

Pterygion carnis incrementum est, aliquam unguis partem operiens. sit autem in pedis & manus præcipue pollicibus. In pedibus quidem ex illorum offensione plerunque, in manibus autem ex neglecta reduvia, aut alia huiusmodi causa, aduersus quam suripigmentum & manna pari pondere spargitur, si per autem linamen

turn ex uino spongiaque imponitur.
A L I V D. Chalcitidis, squamæ, maiicotii æquales
 partes, Excipiuntur fico tosta & melle, parte effecta, spis
 famentorum decocto prius delibuta. Quod autem sic
 cum est in ungue circuncidito.

A D D I G I T O R V M P T E R Y G I A
 putrida item ad pudendorum ulcera.

Lachrymæ thuris drachma, squamæ drachma, ærugis
 nis rasæ drachmæ quatuor, mellis cyathus, teruntur in
 sole donec subfluescant. Et loco uino prius delibuto
 persplenum inducuntur.

M E D I C A M E N T U M Q V O D
 subito pterygia desiccatur, persanatq;.

Soryos combusti drachmæ due, thuris tantundem, ætu
 ginis rase drachma, cum melle contrita, ipsi pterygio in
 ducuntur. Valet etiam ad reliqua maligna horum loco
 rum ulcera, nigritias & putredines.

A L I V D. Squama ærili, palmularum carne excepta
 aut ficorum utitor. **A L I V D.** Columbae sterlus cum
 polenta ex passo coctum pertritumq; calens imponi
 tur, item squama per se inspersa, pterygia desiccatur. Opor
 ret autem crebro, angulum unguis pterygion pungen
 tem, ne ne increscat, scalpello superi mmisi so, adimere

A D V N G V E S C O N T V S O S.

25 Myrti & malii Punici foliis teneris ungues illinito.

A D C R V E N T O S V N G V E S.

Farina pice mista imponitur.

V T V N G V E S Q VI LABOR A
 uerint abscedant.

30 Sulfur tritum adipe suillo exceptum iniicitur.

V T S C A B R I V N G V E S
 abscedant.

Visci querini, sandarachæ, foenugraci singulorum po
 do sextans, cantharidum, thapsiae singulorum uncia,
 acetii quod satis est. **A L I V D.** Propolis
35 Atticæ, ceræ, bituminis, singulorum drachmæ duæ,

PAVLITÆ GINETÆ

sulfuris ignem non experti drachma, oleo non ing
quinentur, in usu calefactum unguibus illinitur.

A L I V D, Plcis liquidæ, ceræ, colophoniæ, terebenthinæ, guttæ ammoniaci, sulfuris uiui, aphonitri pares portiones. ne manus inquinent.

A L I V D, quod separat scabros unguis sine exsudatione. Bituminis, auripigmenti, sandarachæ, sulfuris uiui, singulorum drachmas quatuor, resina excipito & utitor, dissoluens per dies septenos.

A L I V D. Erui farina, felle ouillo, uel urina ouilla imbuta utitor, uel calce uiua cum oleo, uel chia cum opobalsamo, uel uisco, atramentum furoium, sulfurique uiuum quod fas est, exceptum, pelli illitum superinducio, uel herba pedicularia, cum acetato trita utitor, uel resinæ terebinthinæ drachma, sandarachæ duplicita portio simul radici unguis imponitur, diligenter fascia illigatur. Cum autem unguis exciderit, ceratum myrtleum cui medicamenti ex resina paululum adiectū sit, superaccommodatur.

Libri Tertiī Finis,

Pauli

L A B O R A

T U

S E C U

M I V

I N A D

T V

S E C U

M I V

I N A D

T V

S E C U

M I V

I N A D

T V